aduersis. et mansuris
gaudijs inserantur. P. e.

Respice nos collecta.
Misericors deus. et
mentibus clementer huma
nis nascente xpo summe
ueritatis lumen osten
de. P eundem. collecta.

Largire qs domine fa
mulis tuis fidei.
spei et caritatis augmen
tum: ut qui in natiui
tate domini nostri ihesu xpi glo
riantur. et aduersa mun
di te gubernante non sen
tiant. et que temporaliter
celebrare desiderant. sine
fine percipiant. P. e. coll.

Deus qui per beate
marie uirginis
partum sine humana
concupiscentia procreatum.
in filij tui membra uenien
tes. paternis fecisti pre
iudicijs non teneri. presta
qs. ut huius creature no
uitate suscepta. uetusta

tis antique contagijs
exuamur. p. e. colleta.

Omnipotens sempiterne deus qui hunc diem per incarnationem uerbi tui et partum beate marie uirginis consecrasti: da populis tuis in hac celebritate consortium: ut qui tua gratia sunt redempti. tua sint adoptione securi. Per eundem.

P oct nat et per oct. Inuitat. Xpc natus est nobis. ymnus. xpe redemptor. Ad noct. uo tam in hijs quam in reliquis oct. et etiam ad primam si quis a. recipit de textu noctnor. hec competenti quam alie dominicalibus sup. noct. Fer. ij. in i. n. a. Verbum caro. In ij. n. a. Diffusa e. Per oct. a. Speciosus. Fer. iij. in i. n. a. Suscepimus. In ij. n. a. Beat uent. Fer. iiij. i. i. n. a. In principio. In ij. n. a. Oriet. Fer. v. i. i. n. a. Bs uent. In ij. n. a. Vitas. Fer. vi. in i. n. a. Ipse inuocauit me. Post oct. Homo natus e. In ij. n. a. letent celi. Post oct. Exultabunt. Sabbato in i. n. In principio. In ij. n. a. Verbum caro. Ad laud. per oct. et ad Bndcs. a. Genuit puerpa. cum reliquis. Per oct. ij. O admirabile. cum rel. R. Bndcs qui uenit. Ad vesp. ij. R. Verbum caro. Quinta die missa. Dns dixit ad me. pr. Quere firem. Coll. Concede qs. Epla. Apparuit gra. Gr. Tecum principium. Alla. Dns dixit. Ewn. Exijt edictum. Off. Letent. Prefat. Quia per incarnati. Infra can. Communicantes. Com. In splendoribus. Ipsa die ad vesp. comem. Virgo dei genitrix. V. Verbum caro. coll. Concede qs. Sexto die. In i. n. V. Tamquam sponsus. Ewn.

Secundum Lucam.

In illo tpr: Pastores lo
quebantur ad inuicem.
Transeamus usqz beth
leem: et uideamus uer
bum quod factum est.
quod dns ostendit nob.
Et reliqua. O. ven. bede.
Nato in bethleem
dño saluatore si
cut sacra euuangelij tes
tatur historia. pastoribz
qui in regione eadem e
rant uigilantes et custo
dientes uigilias noctis
supra gregem suu. an
gelus dni magna cum
luce apparuit: exortumqz
mundo solem iustitie.
non solum celestis uoce
sermonis. uerum etiam
claritate diuine lucis
astruxit. R. Sca et inmaculata. [lxxvii]
Nusquam lco. ij.
enim in tota ue
teris instrumti serie
repimus angelos. qui
tam sedulo apparuere
patribz cum luce apparuis
se: sed hoc priuilegium
recte hodierno tempori
seruatum est. quando
exortum est in tenebris
lumen rectis corde. mise
ricors et miserator dns.
R. Beata uiscera. lco. iij. [lxxix]
Uerum ne patria
unius angeli ui
deretur auctoritas. post
quam unus sacramen
tum noue natiuitatis
edocuit: statim multi
tudo celestium agmi
num. que gloriam deo
caneret. pacemqz simul
predicaret affuit: aper
te demonstrans quia
per hanc natiuitate ho
mines ad pacem unius
fidei. spei et dilectionis.
atqz ad gloriam diuine

laudationis essent con
uertendi. R. Te laudant.
In ii. n. Capitulum. Populus.
V. Notum fecit dominus. coll. de nat.
Ad l. a. Genuit puerpera. cap.
Multipharie. R. Benedictus q
uenit. ym. A solis ort. V. Verbum
caro. Ad Benedictus. a. Angelus.
coll. Concede. Ad i. a. Illuxit
nobis. Ipsa die missa. Puer
natus est. ps. Cantate. Coll.
Concede qs. Epla. Apparuit
benignitas. Gr. Benedictus q
uenit. Alla. Dominus regnauit.
Ewangelium. Pastores. Off. Deus
enim firmauit. Prefat. Quia per in
carnati. Infra can. Communi
cantes. Co. Exulta. Ad iii.
a. Verbum caro. Cap. Mul
tipharie. V. Puer natus. coll.
Concede. Ad vi. a. Xpc deus.
Cap. Apparuit gratia. V. Vi
derunt omnes. coll. de Nat.
Ad ix. a. Ecce aduenit. Cap.
Apparuit benignitas. V.

Notum fecit. coll. de nat. Ad vesp.
a. Tecum princ. cum reliquis.
ps. Dixit dominus et ceteri. Cap.
Multipharie. R. Verbum caro.
ym. Veni redemptor. V. Te
cum principium. Ad magnificat a.
Virgo verbo concepit. coll. Con
cede qs. Septima die in
festo sci Siluestri. ad mat.
Commem. de nat. a. Facta est.
V. Verbum. coll. Concede. Ipsa
die missa. Puer natus. ut s.
Totum officium sic in prima die.
Si dominica infra oct. euenit.
Inuit. Xpc natus est. ym. Xpe
redemptor. In i. n. a. In
principio. ps. Domine in uirt.
V. Tanquam sponsus. lc. i.

Paulus seruus ihu
xpi. uocatus apostolus.
segregatus in ewange
lium dei. quod ante pro
miserat per prophetas suos
in scripturis sanctis
de filio suo qui factus

est ei ex semine dauid sm̄
lxxvi
carnem. R. Angls ad past.
Qui p̄desti lc̄o ij.
natus est filius
dei in uirtute scd̄m spm̄
sc̄ificationis ex resurrec
tione mortuoꝝ ih̄u xp̄i
dn̄i nr̄i: p quē accepimꝰ
grām et ap̄latum ad o
bediendum fidei in om
nib; gentib; p nomine
eius. in quib; estis ⁊ uos
uocati ih̄u xp̄i. omīb;
qui sunt rome dilectis
dei uocatis scīs. Grā uo
bis et pax a deo patre
nr̄o: et dn̄o ih̄u xp̄o. R.
lxxxi
Benedictus q̄ uenit. lc̄o iij.
Primū quidē grās
ago deo meo p ih̄m
xp̄m p omnib; uobis:
quia fides ur̄a annun
ciatur in uniūso mun
lxvi
do. R. Ecce iā uenit. lc̄o iiij.
Testis enī m̄ est ds.

cui seruio in spū meo in
euuangelio filij eius: q
sine intermissione memo
riam ur̄i facio semp in
oronib; meis. obsecrans
si quom̄ tandem aliqn̄
do psperum iter habeam
in uoluntate dei uenien
lxxvii
di ad uos. R. O magnum.
lxxvi
In ij n. A. Beatus uent.
R. Ipse inuocauit me. lc̄o v.
Desidero enī uidere
uos. ut aliquid i
ptiar uobis grē spūalis
ad confirmandos uos id
est simul consolari i uo
bis p eam que inuicem
est fidē ur̄am atq; meā.
cviii
R. Nesciens mat. lc̄o vi.
Nolo autē uos ig
norare frēs quia
sepe pposui uenire ad
uos et phibitus sū usq;
adhuc: ut aliquē fruc
tum habeam in uobis

sicut et in ceteris gentibz.
lxxvii
R. Scã et inmaclata. lcõ viij.
Grecis ac barbaris. sapientibz et insipientibz debitor sum. Itaqz quod in me promptum est: et uobis qui rome estis euuangelizare. Non enim erubesco euuangeliũ. R. cix Paruulus.
Uirtus enĩ dei est in salutẽ omni credenti: iudeo primum et greco. Iusticia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est. Iustus autem ex fide uiuit. R.
lxxvii
Uerbum caro factũ est.
lxxviii
Ad cc. A. Paruulus. cc.
lxxvii
Populus. V. Notũ fecit.
Si temp' longũ fuit. tũc
i una prima doc. erit eis.
In illo tpr. Scdm lucã.
Exiit edictum a cesare augusto: ut describeret uniuersus orbis. Et c.
Audiuimus. O. ven. ex lectione Bede
Euuangelica fratres kmi. quia nasciturum in mundum redemptorem mundi. deo & dño nrõ ihũ xpõ. exiit edictum a cesare augusto. qui tunc mũdani regni apicem tenebat ut mundus describeretur uniuersus. R. Quem
lxxvi
uidistis pastores. lcõ x.
Quod nõ casu contigisse putandũ est. sz certissima dispensatione eiusdem tũc redemptoris intelligendum esse preuisum.
Magnũ misteriũ. lcõ xi.
Ipse etenim mediator dei et hominũ. sicut matrem sibi deuouit.

quam uoluit preuidit
de qua nasceretur quando
uellet humanitus: ita
etiam tempora nati
uitatis que uoluit ele
git. immo ipse ea qua
lia uoluit esse donauit.
talia uidelicet in quibus
sopito turbine bellorum.
noua pacis tranquil
litas totum contegeret
orbem. ℟ [cii] O regem celi.
Quod enim lc̄o. xii.
magis in hac ui
ta ~~potuit~~ potuit esse
pacis indicium: quam ab
uno homine orbem
describi uniuersum.
atque unius census nu
mismate concludi. ℟
[lxvii] Natus est nobis. Require
ewangelium in nocte nat. domini ad
primam missam. Coll. Con [lxxviii]
cede. Si tempus adeo breue
fuit: tunc istud subsequens

Lectio. ewangelii. Secundum lucam.
In illo tempore: Erat ioseph
et maria mater ihesu
mirantes super hys que
dicebantur de eo. Et reliqua.
Congre O. Congre
gemus in unum
ea que in ortu ihu dicta
scriptaque sunt de eo: et
tunc scire poterimus
singula queque digna esse
miraculo. ℟ [cviii] Continuo in gre.
Quamobrem lc̄o. x.
mirabatur et pater.
sic enim appellatus est
ioseph. quia nutricius
fuit. mirabatur et mater
super omnibus que dice
bantur de eo. ℟ [cix] Bā ꝛ uene.
Quenam lc̄o. xi.
ergo sunt que de
paruulo ihu fama dis
perserat: Pastores erant
in regione illa uigilan
tes et obseruantes cus

todias noctis sup gre
gem suum: uenit ange
lus sub ipsa hora nati
uitatis ihu. et ait ad eos.
Annũcio uobis gaudi
um magnum. Ite. et
inuenietis infantem
pannis inuolutum.
et positum in presepio.
cix
R. O regem celi. lcõ. xij.
Necdum angelus
uerba finierat.
et ecce multitudo celes
tis exercitus laudare
cepit et bñdicẽ deũ. R.
lxvii
Nat' ẽ nob. Scdm lucã.
In illo tpr. Erat ioseph
et maria mater domi
ni ihesu mirãtes. sup
hys que dicebant de
eo. Et benedixit illis
symeon. et dixit ad
mariam matrẽ eius.
Ecce positus est hic in
ruinam et in resurrec

tionem multorum in isrl.
et in signum cui contra
dicetur. Et tuam ipsius
animam pertransibit
gladius: ut reuelentur
ex multis cordibus cogi
tationes. Et erat an
na prophetissa filia pha
nuel de tribu aser. hec
processerat in diebus mul
tis. et uixerat cũ uiro
suo annis septem a uir
ginitate sua. Et hec ui
dua usque ad annos octo
ginta quatuor. que nõ
discedebat de templo. ie
iuniis et obsecratõnibus
seruiens die ac nocte.
Et hec ipsa hora super ue
niens confitebatur do
mino: et loquebatur de
illo omnibus qui expec
tabant redemptionem
isrl. Et ut perfecerũt om
nia scdm legem dñi. re

uersi sunt in galileam
in ciuitatem suã naza
reth. Puer autẽ cresce
bat et confortabatur.
plenus sapientia. Et
grã dei erat in illo. Coll.
Omnipc sempiterne
deus. dirige actus
nros in bñplacito tuo.
ut in nomine dilecti fi
lij tui mereamr bonis
opibz habundare. P.e.
Ad r.a. Genuit puerpa. cap. Mul
tiphar. R. Uides q uen. y. A sol.
R. V. bu. ca. Si tẽp longũ fuit
ad b. a. Gla i excelsis. Coll. Con
cede. Si tẽp breue fuit. ad. b.
a. Erat ioseph et maria mat
ihesu mirantes sup hys q
dicebant de illo. alla. Coll.
Omnipc. 7 tũc dr cõmem de
nat. s. Gla in excelsis. cũ coll.
Concede. Ad horas diei. a. Na
tus est nob. cũ rel. Missa
si temp longũ. Puer nat

est. Coll. Concede. Epistola.
Multiphariẽ. Gr. Viderũt.
alla. Dies. Ev. Exiit edictũ.
Off. Tui sunt. Pfat. Ca
p incarn. Inf can. Cõmu
cantes. Co. Viderunt. Si u
tempus breue fuit. tunc di
cit missa subsequens. In
Dum mediũ troitus.
silentium tenerent
omnia. et nox in suo cursu
medium iter haberet. omni
potens sermo tuus dñe de
celis a regalibz sedibz uenit.
Ps. Dñs regnauit decorem.
Coll. Omnipc. Columpna
precedenti. Ad galathas.
FRs. Quanto tem
pore heres par
uulus est. nichil dif
fert a seruo cum sit do
minus omnium. sed
sub tutoribz est 7 acto
ribz usq ad pfinitũ tẽ
p a pre. Ita et nos cũ

essemus parvuli: sub
clemenci hui mundi
eramus servientes.
At ubi venit plenitu
do temporis: misit de
us filium suū factum
ex muliere factū sub
lege. ut eos qui sub le
ge erant redimeret:
ut adoptionem filioz
reciperemus. Qm autē
estis filij dei misit dūs
spūm filij sui in corda
nra clamantē abba
pater. Itaq; iam nō est
servus. sz filius. Qd
si filius. i heres p deū.
Gr. Speciosus forma
p filijs hominū. diffusa
est gra in labijs tuis. Ti.
Eructauit cor meū ver
bum bonū. dico ego op
mea regi. lingua mea ca
lamus scribe. velocit scri
bentis. Alla. Domin

regnauit decorem iduit iduit
dns fortitudinē et precinxit
se virtute. Ve. Erat io
seph. Folio pcedenti. Off.
Deus enī firmauit orbē
terre qui nō cōmouebitur.
parata sedes tua ex tunc.
a seculo tu es. Secreta.
Concede qs dnine
ut oculis tue ma
iestatis munus obla
tum. et gram nobis
pie devotionis obtine
at: et effectum beate
phennitatis acquirat.
Per Cō. Colle puerī
et matrem ei et vade in
ram iuda. defuncti sunt
enī q quērebāt animā pueri
Per hui post. cō
dne oparionem
mysterij. et vicia nīa
purgentur et vulta
desideria cōpleant p.
Ad. iij. Cap. Multiph. v. pu

lxxxiiii
et nat. Coll. Concede. Ad vi.
lxxxv
cap. paruul. R. viderunt.
Coll. de nat. Ad ix. cap. lin.
lxxxvi
Multiplicabit. R. Nos. coll.
lxxxvi
de nat. Ad vesp. a. Tecum.
cu vel. ps. Dixit do. et ceti.
lxxxiii lxxxvii
Cap. Multiplicabit. R. Verbum.
lxxxiii
v. Veni redemptor. R. Te
lxxxv
cu prin. Ad magn. a. Verbu.
lxxxviii
Coll. Concede. Ista. a. puer
ihc crescebat plenus sapia
et gra dei erat cu illo. dr ad
magn. si temp. breue fuit.
cvi
cu coll. Omnipc. et etiam in
subsequenti sabbo. l. si ita eue
lxxxv
nerit comem. de nat. Verbu
caro. cu coll. Concede. In
circumcisione dni ad ves
cccxxxvii
p. a. Jurauit. cu vel. Cap.
cii
Apparuit gra dei. R.
cviii
Hic qui aduenit. v. Veni
lxxxiii
redemptor. R. Tecum
princ. Ad mag. a. Qui de
terra est de terra loquitur. q
de celo uenit sup omnes e

et quod uidit et audiuit
hoc testat. et testimoniu ei
nemo accepit. qui autem ac
cepit eius testimoniu sig
nauit quia ds uerax est. Col.
Deus qui salutis
eterne beate ma
rie uirginitate fecun
da humano generi p
mia prestitisti. tribue
qs ut ipsam p nobis i
tercedere sentiamus.
p quam meruim auc
torem uite suscipe. do
minu nrm. Inuitator.
lxxv lxxv
Xpc natus. v. Xpe redemp
tor. In i. N. a. Dns dixit
ad me. fi. m. e. t. ego ho. ge. t.
ps. Qre fre. a. In sole posuit
tabernaculu suu. et ipse tanq
sponsus pcedens de thalamo
suo. ps. Celi enar. a. Eleva
mini porte etnales et in
troibit rex glie. p. Dni e t.
a. Speciosus forma p filijs

hominum diffusa est gratia in labiis tuis. ps. Eructavit. a. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. ps. Magnus dominus. a. Orietur diebus domini habundantia pacis et dominabitur. ps. Deus iudicium tuum. v. Tanquam sponsus. lc. i.

Sicut scimus karissimi natalis est domini nostri: gaudere debemus nos eius servuli. Gaudere plane debemus quia natus est nobis dominus: immo et circumcisus. R. Hic qui advenit nemo scit nomen eius nisi ipse solus. vocatur verbum domini habens vestem preclaram. et omnis chorus angelorum in albis sequitur illum. V. Oculi eius velut flamma ignis. et in capite eius dyademata multa. Et omnis. Non solum lc. ii. dominus noster sed salvator: secundum quod ait angelus ad pastores. Ecce annuncio vobis gaudium magnum. quia natus est hodie salvator: qui est christus dominus. R. lxxvi Angelus ad pastores. lc. iii.

Gaudeamus fratres. quia non solum ortus est dominator: sed et salvator atque redemptor. R. Continet in gremio celum terramque regente virgo dei genitrix. Proceres comitantur betlem. per quos orbis ovans christo sub principe pollet. V. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis. in tua se clausit viscera factus homo. Proceres. Ceteri enim lc. iiii. inmundarum cum nati fuerint dominii servulos subiugant. opprimunt et affligunt.

xp̄c autem natus ē nō
ut nos iugo seruitutis
opprimeret: sed ut a iu
go mortifere seruitutis
lxxvii
erueret. R. O magnū mist-
In ij. n. A. Veritas de terra
orta est. et iusticia de celo p
spexit. ps Bndixisti dn̄e. A.
Homo natus est in ea. et
ipse fundauit eam altissim9-
ps Fundamenta. A. Exultabūt
omnia ligna siluarum ante
faciem dn̄i qm̄ uenit. ps.
Cantate. i. A. In principio
et ante secula deus erat uer-
bum. ipse nat9 est nobis sal
uator mundi. ps Dn̄s regn̄
ex. A. Ante luciferū genit9
et ante secula dn̄s saluator
nr̄ hodie nasci dignat9 ē. ps.
Cantate. ij. A. Nato dn̄o an
gelorum chorus canebat dicēs.
salus deo nr̄o sedenti super
thronū et agno. ps. Dn̄s
regn̄. irasc. V. Ipse inuocauit
me. Pat9 m̄s es tu. lectio V.
Ceteri uiqm̄ domini
mortē inferre pos
sunt. uitam dare non
possunt: xp̄c ortus est
ut a morte nos erueret
et uitam donaret. R.
Nesciens mater uirgo ui
rum peperit sine dolore sal
uatorem sclorum. ipm̄ regem
angelorum sola uirgo lacta
bat ubere de celo pleno. V.
Dom9 pudica pectoris tem
plem repente fit dei. itac
ta nesciens uirū. uibo con
cepit filiū. Sola uirgo l. vi.
Hic ergo uerus est
dn̄s et omnibz ado
randus: qui et fragili
tatem a nobis seruitu
tis expellit. et liberta
tem imortalitatis lar
lxxvii
gitur. R. Scā et imaculata.
Letemur g. lcō. vij.
seruuli in natali

et circumcisione dn̄i tri-
et sit ille letior quisq̄s
est in dei laude deuotior.
R̄. O regem celi cui talia
famulant̄ obsequia. stabu
lo ponit̄ qui continet mū
dum. iacet in p̄sepio ⁊ in
celis regnat. V̄. Dn̄e au
diui auditum tuum ⁊ ti
mui. consideraui opera
tua et expaui in medio
duoꝝ animaliū. Jacet ī.
Letior enī lc̄o. viij.
eē debet. qui in
tali sollempnitate
nitidior et purior in
uenitur. qui se iam
indumentis splendi
dis accurauit. ut o
culos saluatoris lui
tet. R̄. Ecce agnus dei
qui tollit peccata mūdi.
ecce de quo dicebam uob̄.
qui post me uenit ante
me factus est. cui⁹ nō sū
dignus corrigiam calcia
menti soluere. V̄. Hoc est
testimoniū q̄d p̄hibuit io
hannes dicens. Qui post.
Ad cā. a. Beatus uenter qui
te portauit xp̄e. et beata u
bera que te lactauerunt do
minū et saluatorē mūdi.
all'a. cā. lxxvii Popul⁹. V̄. Not̄ fec̄.
In illo t̄pr. Secd̄m lucā.
Tum consumati eēnt
dies octo ut circumci
deretur puer. uocatū
est nomen eius ih̄c. ⁊c̄.
Sanctam O'. ven̄.
Uenerant. Bede.
damq̄ p̄sentis diei me
moriam. paucis quidē
uerbis euuangelista
comp̄hendit. sed non
pauca celestis mysterij
uirtute grauidā reliquit. R̄.
cccc xcix
Cōfirmatū ē. Quere ī fine libri
Exposita lc̄o. x.
Enamq̄ natiui

tate dñica · cuius gau
dia mox angeli digni
laudibz extulerunt ·
pastores deuota uisita
tione celebrarūt · om
nes qui tunc audiere
mirati sunt ℟ Beata
et uenerabilis uirgo que
sine tactu pudoris inuen
ta est mater saluatoris ·
iacebat in p̄sepio ꝛ fulge
bat in celo · ℣ Dñe audi
ui auditum tuū ꝛ timu ·
consideraui opa tua ꝛ expa
ui in medio duoꝝ aīaliū · Iacob ·

Nos quoq; lc̄o · xij ·
p modulo nr̄o
put potuimus p̄xi
me dño largiente cō
gruis missaꝝ ymnoꝝ
q; sollempnys exegi
mus · subiunxit atq;
adr · Et post̄q̄ cōsū
mata sunt dies octo
ut circūcideret̄ puer ·

uocatum est nom̄ eius
ihc · Quod uocatum ē
ab angelo · priusq; in
utero concipet̄ ℟ Par
uulus natus est nobis · et
filius datus est nobis · et
factus est principatus sup
humerū eius · et uocabit̄
admirabilis · deus fortis ·
Multiplicabit̄ ei imperiū
et pacis nō erit finis · Et uo ·

Hec sunt lc̄o · xij ·
festiuitatis ho
die ne gaudia uene
randa · hec sacra sol
lempnitas diei · hec
illa supne pietatis
munera sacrosc̄a · que
fidelium cordibz com
mendans ap̄s adr ·
quia ubi uenit plen
tudo temporis · misit
deus filium suū factū
ex muliere factū sub
lege ut eos qui sub le

ge erant redimeret: ut
adoptionem filiorum re
ciperemus. R. Descendit
de celis deus uerus a pa
tre genitus introiuit in
uterum uirginis nobis
ut appareret uisibilis in
dutus carne humana pro
tho parente edita. l. exi
uit per clausam portam
deus et homo lux et ui
ta conditor mundi. V.
Tamquam sponsus dominus pro
cedens de thalamo suo. In
dutus. Secundum lucam.

In illo tempore: Pastores
loquebantur ad inui
cem. Transeamus usque
bethleem: et uideamus
hoc uerbum quod fac
tum est quod dominus
ostendit nobis. Et
uenerunt festinan
tes: et inuenerunt
mariam et ioseph et

infantem positum in pre
sepio. Videntes autem
cognouerunt de uerbo:
quod dictum erat illis
de puero hoc. Et omnes
qui audierunt mira
ti sunt: et de hiis que
dicta erant a pastori
bus ad ipsos. Maria autem
conseruabat omnia uerba
hec: conferens in corde suo. Et
reuersi sunt pastores glorifican
tes et laudantes deum in omnibus
que audierant et uiderant sic
dictum est ad illos. Et postquam
consummati sunt dies octo ut
circumcideretur puer: uocatum
est nomen eius ihesus. Quod uoca
tum est ab angelo priusquam in
utero conciperetur. coll. Deus
cvn
qui salutis. In .l. a.

O admirabile commercium.
creator generis humani anima
tum corpus sumens de
uirgine nasci dignatus est et

pœdens homo sine semine
laugntus est nobis suã dei
tatem. ℟. Quando natꝰ
est ineffabiliꝫ ex uirgine
tunc implete sunt scrip
ture. sicut pluuia i uellꝰ
descendisti ut saluũ face
res genus humanũ. te
laudamꝰ deus noster. ℣.
Rubum quem uiderat
moyses incõbustũ conser
uatam agnouimꝰ tuam
laudabilem uirginitatẽ
dei genitrix intercede p
nobis. ℟. Germinauit
radix yesse. orta est stella
ex iacob. uirgo peperit
saluatorem. te laudamus
deus noſr̃. ℣. Ecce maria
genuit nobis saluatorẽ
quẽ iohannes uidens ex
clamauit dicens. ecce ag
nus dei. ecce qui tollit
peccata mundi. alla. cap.
cij
Apparuit gra & Bñ

lrrrii
dictus qui uenit. ℣. Ante lrrrii
ortus. ℟ Verbum caro. Ad
Bñdict. ℣. Magnũ hereditatis mysteriũ templum
dei factus est uterꝰ nescius
uirum. non est pollutꝰ ex
eo carnẽ assumens. omnes
gentes uenient dicentes.
gloria tibi dñe. coll. cvii Deus
qui saluatis. Sun doc
euenit. ℣. cvi Erat ioseph. ℟.
Verbũ caro. Coll. cvi Omꝑe sem-
Ad horas diei. ℣. laudum.

Introitus ad missam.

lrrrm
Puer natus est nobis.
lrrrmi
Coll. Concede qs oꝑe
deus. Epla lrrr Apparuit
gra. Gr. lrrrm Uiderunt omes.
lrrrv
Alla. Dies sanctificat. Ev.
lrrrm
Pastores loquebant.
cccxxxrmi
Credo in unũ. off. lrrru Gui
lrrru
sunt. Secr̃ Oblata do
cccxxxru
mine. ꝑfat. Qui ꝑ in
carnati. Infan. Com
cccxxxv
municantes. et diem.

Co. [lxxxv] Viderunt. post co.
[lxxxv] Pr̄a qs omp̄c ds. Ad
[a] iij. cap. Apparuit [cii] gr̄a.
V. Puer nat. Coll. Ds
[cvii] qui salutis Ad vi. cap.
[lxxxv] Parvulus. V. Viderūt

Deus qui humane
substantie digni
tatem et mirabilit con
didisti et mirabilius
reformasti: da nobis
qs eius divinitatis
esse consortes qui hu
manitatis nr̄e fieri
dignatus est parti
ceps. Qui tecum. Ad
ix. cap. [lxxxvi] Multiplica
bitur. V. Notū fec. coll.

Da nobis qs dn̄e
deus nr̄. ut qui
nativitatem dn̄i nr̄i
ihu xp̄i nos frequen
tare gaudem. digni
conversationibz ad eū
meāt pertinere cōsor

cium. Qui tecū. Ad
vs sr ps. a. [lxxxvi] Hec ā pn̄a
piū. ps Dixit dns. Ut sup.
Cap. [cii] Apparuit gr̄a. y'
[lxxiii] Veni redemptor. V. Ver
bum caro. Ad mag. a. Mi
rabile misteriū declaratur
hodie innovatur nature
deus homo factus est id qd
fuit permansit et quod non
erat assumpsit n̄ cōmixtio
nem passus est neq divi
sionem. coll. [cvii] Deus qui
salutis. Cōmem. de sc̄o
stepho. [lxxxvi] Tu principatū
V. Magna ē. Coll. Da
[lxxxvi] nobis qs dn̄e imitari.
Invitat. [lxxxvi] Xp̄m natū pmm.
[ccccxxxviii] Martir dei. In i. n. a. Ste
[lxxxvi] phanus cū rel. V. Posuisti

Ad aquas lc̄o. i.
Tribulatanas ep̄o
afferente pfecto mar
tiris gloriosissimi ste
phani memoriam ve

Ingruebat magne multitudinis concursus et occursus. R. lxxxvii Stephanus.

Ubi ceca mulier lco. ii.

iit ad epm portantem duceretur orauit. Flores quos ferebat dedit. recepit oculis admonuit. primus uidit. R. lxxxvii Surrexerunt. lco. iii.

Stupentibus qui aderant. preibat exultans. uiam carpens: et uie ducem ulterius nõ requirens. R. lxxxvii Cum esset.

Memorati lco. iiii.

Memoriam martiris que posita est in castello sinnitensi. quod hipponiensi colonie uicinum est: eiusdem loci lucillus epc ipso procedente atque sequente portabat. R. Uidebant oms stephanum in concilio: et intuebantur uultum eius tanquam uultum angeli stantis inter illos. V. Plenus gratia et fortitudine. faciebat prodigia et signa magna in populo. Et intuebant. In. ii. n. x. lxxxvii Stephanus cum rex. V. Gla et ho.

Fistula autem lco. v.

Fi molestia iamdiu laborauerat. et familiarissimi sui medici qui eum secaret operiebatur manus. illius pie sarcine uectatione repente sanata est. Nam deinceps eam in suo corpore non inuenit. R. lxxxvii Intuens in celum. lco. vi.

Eucharius est presbiter ex hispania. calamur habitat. ueteri morbo calculi laborabat. per memoriam supradicti martiris. quam possidius illo aduexit.

Iepc̄ · saluus factus est · R̷
lxxxviii
Lapidabant · lectio · vii.
Idem ipse postea morbo
alio prualescente mor
tuus sic iacebat · ut ei
iam pollices ligarent.
lxxxviii
R̷ Impetum · lectio · viii.
Opitulatione quoque
memorati martiris
cum de memoria eius
reportata esset · et sup ia
centis corpus missa ip
sius presbiteri tunica
suscitatus est · R̷ Ste
phanus servus dei quem
lapidabant iudei · vidit ce
los apertos · vidit et introi
vit · beatus homo cui ce
li patebant · V̷ Cum g̃
saxorum crepitantium tur
bine quateretur · inter ethe
reos aule celestis sinus di
vina ei claritas fulsit ·
Beatus homo · Ad · ev̄ · a.
lxxxviii
Ihrlm · Ev̄ · Ecce ego

lxxxviii
mitto ad vos · sicut i die
lxxxviii lxxxix
R̷ Impii · Sepelierunt · Her
lxxxix
terna · Patefacte sunt ia
nue celi xp̄i martiri bea
to stephano · qui in nu
mero sanctorum invent⁹ ē pri
mus · et ideo triumphat
in celis coronat⁹ · R̷ Mor
tem enim quam salvator
dignatus est p omnibus
pati · hanc ille primus
reddidit salvatori · Et id.
xc
In · r · a · Lapidabant · et
xc
cete · cap̄ · Stephan⁹ · R̷
xc
Gl̃a et honore · y⁹ · Sce dei.
R̷ Magna e · Ad Bndict⁹
xc
Beat⁹ stephan⁹ · coll · Da
xc
nobis · Comem̄ · de nat̄
cx
O amirabile · R̷ Verbu caro
cvii
coll · Ds q̃ salutis · Si
cxvii
dnica est · a · Fili qd fecisti
cxvii
R̷ · Verbum caro · coll · Vota
si erat ioseph · sit cantatu
cvi
Si aut non · dr̃ hic · Erat io
cvi
seph · cu coll · Omps̄ · quod

et in oct. sci johis ita tenet.
Ad horas diei. a. laudum.
Missa sicut in die. preter
off. quod e. Posuisti dne
sup caput ei. co. de la. pre.
Ad iii. cap. et coll. ut sup.
Et testes Ad vi. cap.
deposuerunt vesti
menta sua secus pedes
adolescentis qui voca
batur saulus: et lapi
dabant stephanum
invocantem et dicentem
dne ihu accipe spm
meum. coll. Omps. ut
sup. i pmo die. Ad ix. cap.
Positis autem ge
nibus clamavit
voce magna dicens.
dne ne statuas illis
hoc peccatum: et cum
hoc dixisset obdormi
vit in dno. coll. Excita.
Ad vesp. a. de i. n. cap.
ymnum. et a. sup Magn.

Require pma die in scdis
vespis. pterea comem de
sco Johe. a. Diligebat. V.
Annunciaverunt. Collecta.
Ecclesiam. Comem de Nat.
a. Virgo dei genitrix. V.
Tecum principium. Coll.
Deus qui salutis. Invit.
Adorem. In i. n. a. Johes
cum vel. V. In omne lco. i.
Quod iohannes dis
cipulus ille sup
pectus magistri recu
buit. non psentis solu
modo dilectionis. set et
futuri erat signum
misterii. R. Valde honorand.
Figurabat lco. ii.
etenim iam tunc
evvangelium qd idem
discipulus erat scrip
turus. uberius atque al
tius sacre scripture
paginis archana di
vine maiestatis com

[xcii]
ꝑhensurũ. R. h' ē discipl's.
Ceteros lectio .iii.
quippe euuange-
listas nouim⁹ plura
de miraculis nr̃i sal-
uatoris. pauciora de
diuinitate locutos. R.
[xcii]
Hic ē beatissim⁹. lcō. iiij.
Johannes autē ꝑpau-
ca de humanis scribens
actib3. potius sup ex-
ponendis diuine na-
ture indidit archanis.
patenter insinuans
quanta de pectore
ihu fluenta doctrine
celestis que nob ructa-
[xciii]
ret hauserit. R. Qui
[xciii]
uicerit. In ij. n. a. Appa-
ruit. cũ rex. R. Cõstitues.
Sequitꝰ. lectio .v.
Hunc ergo cũ
uidisset petrus. dicit
ihu. Dñe. hic autē
[xciii]
quid. R. In illum diem.

Quia se lectio .vi.
petrus audierat
ꝑ passionem crucis
clarificaturũ ēē deum.
uoluit etiam de frē et
condiscipulo cognoscē
qua esset morte ꝑpe-
tuam transiturus ad
[xciii]
uitam. R. Sic eũ uolo.
Dicit ei ihc. lcō. vij.
Sic eũ uolo ma-
nere donec ueniam.
Quid ad te. Tu me
[xciii]
sequere. R. Ergo ē. l'. viij.
Non inquit eum
ꝑ passionē mar-
tirij uolo consumari.
sed absq3 uiolentia ꝑ-
secutoris diem expec-
tare nouissimũ. R.
[xciiii]
Iste ē iohes. Ad cã. a. Ad-
[xciiii]
eptus est. Euu. Dixit
[xciiii]
dñs ihc petro. R. Ci-
[xciiii] [xciiii]
bauit. R. Iocunditatē. R.
[xciiii]
Ecce puer. R. Dilige

bat autem eum ihc qñ spe
cialis progatiua castitatis
ampliori dilectione fecit
dignū · quia virgo elect⁹
ab illo · virgo in eum
pmansit. ℟. In cruce de
mq; morituus · matrem
virginem virgini ꝯmen
dauit · Quia virgo. ℣.
et coll' ut s̄. Ad l'. ad cap'.
℟. ymn⁹. ℣. ad Būdc̄s.
et coll' oīa sicut i pmo die.
cōmeñ de nat'. ad Qñdo
nat⁹ ē. ℣. Vbū caro · Collā
do qui talutis. Ad horas
diei · ad laudū. Introitus.
Ego autē sicut oliua
fructificans i domo
dñi. spaui in misericordia dei
mei · et expectabo nomen
tuū qm̄ bonum est ante
conspectū scōꝝ tuoꝝ. ꝓ.
Quid gloriaris i malicia.
Collā. Ecclīam tuā.
sicut in die Ad ephesios.

℟. Benedictus
deus et pater do
mini nri ihu xpi · qui
benedixit nos in omni
benedictione spirituali
in celestibz in xpo. Sicut elegit nos in ipso
ante mundi constitu
tionem · ut essem⁹ scī et
imaculati in conspec
tu eius in caritate.
Qui ꝓdestinauit nos
in adoptionem filioꝝ
ꝑ ihm xpm in ipsum ·
scdm ꝓpositum uolū
tatis sue in laudem
glē sue · In qua gratificauit nos in dilecto
filio suo · in quo habe
mus redemptionem
ꝑ sanguinem eius re
missionē peccatoꝝ se
cundū diuitias gratie
sue · que superabundauit in nobis ꝑ sapiē

xp̃m dn̄m nr̄m. Gr.
Justus ut palma florebit.
sicut cedrus libani multi
plicabit̄ in domo domini. R̄.
Ad annunciandū mane
misericordiam tuam et ueritā
tem tuam p̄ noctē. Hla.
V̄. Justus non conturba
bit̄ quia dn̄s firmat ma
num eius. Ev̄. Dixit
dn̄s ih̄c petro. Requie
in die. off. Gla. Honore
coronasti eum et constī
tuisti eum sup̄ opa ma
nuū tuarū dn̄e. Secreta.
Suscipe domine. cō.
Magna ē gl̄ia eius i
salutari tuo. gl̄am et mag
nū decorem impones sup̄
eum domine. Post cō.
Refecti cibo potuq̄.
Ad. iij. vj. ix. et ad vespas
omnia fiant in die. p̄ vesp.
cōmem. de innocentibus. ant.
Ambulabunt. V. Ex ore
infantiū. Coll. Deus cui
Commem. de nat. ar. Virgo ui
bo. R̄. Tecū princ. Coll. Ds
qui salutis. Inuit. Regē
martyr. Ad. j. p. tā de
nat. dn̄i sicut. R̄. Ex ore in
fantiū. Lectio prima.
Unusquisq̄ p̄p̄riā
mercedem accipi
et secundum suum laborem.
R̄. Sub altare dei. Lcō. ij.
Dei enim sumus
adiutores. dei a
gricultura estis. dei e
dificatio estis. R̄.
Ambulabunt. Lcō. iij.
Secundum grām dei q̄
data est mihi. ut
sapiens architectus
fundamentū posui.
Alius autē superedifi
cat. unusquisq̄ aut̄
uideat quomodo sup̄
edificet. R̄. Centum qua
dragenta. Ad. j. capl̄m.

Hy sũt q̃ cũ mul. Qre ĩ fine
libu. V. Lauabo. Int̃ inocẽtes. Coll.
Adesto dñe. Ad. l. a. Hero
des irat. Capl'm. Vidi sup
monte. R. Ex ore infant. ẏ.
Rex glose mrm. V. Inocẽtes ĩ ti
adhes. Ad. b. a. Hy s̃t q̃ cũ m. Coll.
Ds cu. Cõ de nat. a. Rubũ.
V. Vbũ caro. Coll. Ds q̃ salut.
Ad p̃mã. a. de p's. uel. La
uerunt stolas suas. Missa
sicut in die. Ad. iij. a. Si
nite paruulos. Capl'm.
Vidi supra montem. V.
Ex ore infant. Coll. Deus
cu p. Ad. vi. a. Innocen
tes p xpo. Cap. Hy emp
ti s. Qre ĩ fine lib. V. I. x. inoc.
la. Coll. Ds qui licet sis
magnus. Ad. ix. a. capl.
et coll. de Nat. V. Notum
fecit. Si dñica euenit ĩ
oct. Innocent. ad vesp.
Cõmem. Puer ihc. V. V
bum. cũ coll. Vota. si Erat
ioseph sit cantatũ. Si aut
non: a. Virgo Vbo. collcã.
Ds qui salutis. Inuit. Xpc.
ẏ. Xpe redemptor. In. i. N.
a. Eleuamini. V. Tanqm
spons. lcõ. Paulus. ĩ ceta.
R. Angelus. cũ reliquis.
In. ij. N. a. In principio.
V. Ipse inuocauit me. Ad
cc. a. Ambulabunt. cc.
Vos sci. V. Ex ore infant.
Ew. Angelus dñi. R. Sub
altare. Ambulabũt. Can
tabant. Centũ quadragita.
Ad. l. a. Herodes. cũ reliqs.
Cap. Vidi sup monte. R.
Ex ore. ẏ. Rex gloriose
mrm. V. Innocentes ĩ ten.
Ad b. a. Hy sunt qui cũ
mul. Collcã. Deus cu p.
Cõmem. de dñica. si. Erat
ioseph. sit cantatũ. a. Fili.
V. Vbũ. coll. Vota. Si aut
non. dr hic. Ad horas diei.
O admirabile cũ rel. Missa.

cvi
st. Dum medium sit cantatum:
cxvii
In excelso throno. Si uero non
cvi
dicitur hic. Dum medium. Ad .iii.
cii
cap. Apparuit gra. V. puer
natus. Coll. ut s. Ad .vi. cap.
cii
Apparuit benig. V. Viderunt
Coll. de nat. Ad .ix. caplm.
lxxxvi
Multiplicabitur. V. Not. coll.
lxxxvi
de nat. Ad vs. a. Tecum
cii
cum rel. Cap. Apparuit g.
lxxxiiii
R. Verbum. ys. Veni redemp.
V. Tecum. Ad magn. a. Ma
cxviii cxvii
ria aut. coll. Vota. Si aut
cvi
Erat ioseph non sit dictum dec
proced. erit ad mag. a. Puer
cxxiii cxxiii
ihc cum coll. Omnipc. quod raro
euenit. Comem. de nat.
ci
Nesciens. V. Verbum. coll.
cvii
Ds qui sal. Vigilia epiph.
in fiis ad vesp. a. Sca et
ci cii
inmacl. cap. Apparuit g.
lxxxiii
R. Verbum caro. ys. Veni red.
V. Tecum pnc. Ad .c. a. Nesci
ci cviii
ens mat. Coll. Ds qui salutis.
cm lxxv
Inuict. Xpc nat. ys. Veni

redemp. In .i. n. a. ut s. V.
Tanq sponsus. lco prima.
Itaque nemo glorietur
in hominibus. Omnia
enim uestra sunt. siue
paulus. siue apollo.
siue cephas. siue mun
dus. siue uita. siue
mors. siue presentia
siue futura. R. Bene
lxxxi
dictus qui uenit. lco .ii.
Omnia enim uestra
sunt: uos aut
xpi. xpc autem dei.
lxvi
R. Ecce iam uenit. lco .iii.
Sic nos existimet
homo ut mini
stros xpi: et dispen
satores ministeriorum
lxxvii
dei. R. O magnum misterium.
lxxxi
In .ii. n. cap. Populus. V.
Ipse inuoc. Coll. de nat. Ad
cx
.l. a. O admirabile. Capl.
cii
Apparuit g. R. Benedictus qui
lxxxii
uenit. ys. A solis ort. V. Verbum

cx cvii
Ad · b · a · Qui nat. coll. Ds
cviii
q car. Ad · i · a · In principio.
Introit. Dns dixit ad
me · fi · ms es tu · e · ho · ge · te ·
ps Q re fr. Collecta.
Corda nra qs dne
uenture festiui
tatis splendor illustret.
quo mundi hui tene
bris cauere ualeam.
et peruiam ad pat
am claritatis eterne
p dnm. Epla. Appa
lxxxvi
ruit benignitas · &c.
Regre i crepusculo nat
lxxxix
dni. Gr. Bndcs q uenit.
lxxx
Alla. Dns dixit. Sedm
In illo tpr: matheu.
Defuncto herode: ecce
angelus dni apparu
it in somptis ioseph
in egipto dicens. Sur
ge et accipe puerum &
matrem eius et ua
de in terram isrl. De

functi sunt eni: qui
querebant animam
pueri. Qui consur
gens accepit puerum
et matrem eius: et ue
nit in terram isrl. Audi
ens autem qd archela
us regnaret in iudea
p herode patre suo:
timuit illo ire. Et a
monitus in somptis: se
cessit in partes galilee.
Et ueniens habitauit
in ciuitatem que uo
catur nazareth: ut ad
impleretur quod dictum
est p prophetas. qm na
zarenus uocabitur. Off.
Letentur celi et exultet t
ra ante faciem domini
qm uenit. Secreta.
Tribue qs dne ut
eum presentibz
immolemus sacrificiis &
sumamus: que uentu

re sollempnitatis pia
munera ꝑlocaunt. Do
minum nrm. co. Exul
ta satis filia syon lauda fi
lia ihrlm. ecce rex tuus ue
nit sanctus et saluator mūdi.
Illumina qs. Post co.
dne pplm tuum et splen
dore grē tue cor eius
semꝑ accende: ut sal
uatorem suū et incec
santer agnoscat. et
ueraciter apprehen
dat. Dnm nrm. Ad iij.
a. Propt nimiā. Caplm
Apparuit g. R. puer nat.
Coll. Ds q sal. Ad vi. a.
Ecce de q. Cap. Apparuit
benig. R. uiderūt. Coll.
de nat. Ad ix. a. Exultem.
Cap. Multiplicabr. R. Not
fec. Coll. de nat. Si autē
vigl epiph. i dnc euenit. ad
vesp. a. Scā et inmacl. cap.
Apparuit g. R. Vbū. ṗ.

lxxiii
Veni red. R. Tecū princ.
cvi
Ad ij. a. Et Erat ioseph sic
cxxxiii
cantatū. Puer ihc. Coll.
cxvii
Vota. Si u non qd raro
accidit: erit ad ij. a. Flecti
cx / cxiii
ens in nat. Coll. Ds q sal.
lxxv
Inuit. Xpc nat. ps. Xpe
lxxvi / cvii
red. In i. n. a. Eleuami.
R. Tanq sponsus. lcones.
ciiii
Paulus seruus. et c. Req
re sup. int oct. nat. R.
lxxvi
Angelus. cū rel. ut sup.
cviii
In ij. n. a. In principio. R.
Ipe inuoc. Ad cc. a. Bs
cx
uenit. cc. ppls. R. Not fe.
cv
Ew. Erat ioseph. si nō
sit dictū dnc pcedenti. Si
u dictū sit: tūc erit istud
sequēs ew. Scdm luca.
In illo tpr: Cum fac
tus fuisset dns ihc
annoꝝ duodecim. as
cendentibz illis ihe
rosolimam scdm co
suetudinē diei festi.

consūmatisq; diebz cū
redirent remansit pu
er ihc in ihrlm: et nō
cognouerunt eū pa
rentes eius. Et rel. O.
Apta ven. Bede.
Nobis est frēs
kmi euuangelij lectio
tractata: neq; opus ē
ut in ea quid expone
do loquamr. lectio x.
Describit namq;
infantiā pueri
ciam q; nri redempto
ris. qua nre particeps
humanitatis digna
tus est fieri. lcō. xi.
Cōmemorat eter
nitatem diuine
maiestatis in qua pa
tri mansit ac manet
semp equalis ut uide
licet incarnationis
eius humilitate ad
memoriā reuocata t

ipsi contra omnium
uulnera pccōz medica
mentū uere humilita
tis curem9 exercere. pio
semp animo recolentes
quantum nos p diui
no amore. quantum
p nra salute oporteat
humiliari. qui terra
sumus et cinis. si tan
tum summa illa po
testas p nobis humi
liari non respuit: ut
ad suscipienda nre fra
gilitatis infirma desce
deret. lcō. xij. Item au
dita credita est et con
fessa diuinitas dnī sal
uatoris. qua patri et
spūi scō consubstantia
lis semp et coeternus
pseuerat. Scdm lucā.
In illo tpr. Cum fact9
esset dns ihc annoz
duodecim: ascenden

tibz illis hierosolimam
sc̃m consuetudinem
diei festi consũmatisq;
diebz cum redirent re
mansit puer ihesus ī
hierlim: et non cognou
erunt eum parentes ei.
Existimantes autem
illum esse in comitatu
uenerunt iter diei: et
requirebant eum int̄
cognatos et notos. Et
non inuenientes: re
gressi sunt in hierlim
requirentes eum. Et
factum est post triduum: inuenerunt illū
in templo sedentem ī
medio doctoz audien
tem illos. et interrogan
tem eos. Stupebant
autem omnes qui eū
audiebant sup̄ pru
dentia et responsis ei:
et uidentes āmirati

sunt. Et dixit mater ei
ad illum. Fili quid fecis
ti nobis sic: Ecce pat
tuus et ego: dolentes
querebam̄ te. Et ait ad
illos. Quid est q̄d me
querebatis: Nesciebā
tis quia in his que
patris mei sunt opor
tet me esse: Et ipsi n̄
intellexerunt uerbū
quod locutus est ad il
los. Et descendit cū
eis et uenit nazareth:
et erat subditus illis.
Et mater eius conser
uabat oīa uerba
hec: conferens in corde
suo. Et ihc proficiebat
sapientia etate t gra
apud deū et hominēs.

Iota q̄s Collecta.
dñe supplican
tis tibi celesti pieta
te pspequere: ut qui

agenda sunt uideant.
et adimplenda que ui
derint conualescant
P. Ad laud. a. Giniauit. cx
Cap. Apparuit g. R. Bndes lxxi
a uen. y. A sol ort. v. Vbi. lxxv
Ad Bndcs. a. Fili qd fecisti
nobis sic ego et pat tuus
dolentes querebam te. qd
est qd me querebatis nescie
batis quia in hijs que pa
tris mei sunt oportet me
esse. Coll. Vota ut s. Si
n esset fuit. Etat ioseph. cv
tunc erit ad B. Etat ioseph. cvi
et coll. Omnipc. Ad horas
diei. O amirabile. cu vers. cx
Missa. Du mediu si n sit cvi
dicta. Si aut dicta sit. di
hec sequens. Introitus.
In excelso throno uidi
sedere uirum. que adorat
multitudo angelorum psal
lentes in unu. ecce cuius
imperij nomen est in eter
num. ps. Jubilate deo omnis
terra. ser. coll. Vota qs.
pagina precedenti. Ad Rom.
Fratres. Obsecro uos
per misericordiam dei
ut exhibeatis corpora
uestra hostiam uiuentem.
sanctam. deo placentem.
rationabile obsequium
uestrum. Et nolite confor
mari huic seculo. sed re
formamini in nouita
te sensus uestri. ut probe
tis que sit uoluntas
dei bona. et bene pla
cens et perfecta. Dico
enim per gratiam dei que
data est michi omnibus
qui sunt inter uos. non
plus sapere quam oportet
sapere. sed sapere ad sobrie
tatem. Et unicuique si
cut deus diuisit men
suram fidei. Sicut in
uno corpore multa men

bra habemus. omnia
autem menbra n̄ eūdē
actum habent. ita mul
ti unum corpus sumus
in xpo. Singuli autē.
alter alterius menbra.
In xpo ihu dn̄o nr̄o. GR.
Benedictus dn̄s ds̄ isr̄l.
qui facit mirabilia magna
solus a seculo. V. Suscipi
ant montes pacem ppl̄o
et colles iustitiā. Alla.
V. Jubilate deo omnis ter
ra. seruite dn̄o in letitia.
Ev. Cum factus eēt.
folio pcedenti. Off. Iubi
late deo omnis tr̄a. seruite
dn̄o in letitia. intrate in
conspectū eius in exulta
tione. quia dn̄s ipse est ds̄.
Oblatum Secreta.
O tibi domine sacri
ficium uiuificet nos
semp et muniat. P. co.
Fili quid fecisti nobis sic.

ego et pater tuus dolentes
querebamus te. Et quid est qd̄
me querebatis. nesciebatis
quia in hys que patris mei
sunt oportet me eē. Pc. co.
Supplices te rogamus
omnipotens deus. ut
quos reficis sacramen
tis. tibi etiam placitis
moribus dignanter deser
uire concedas. P dn̄m.
Ad iij. cap. et coll. ut s. ad l.
cn
Ad vj. cap. Apparuit benig.
V. Viderunt. Colla de nat.
xxxvi
Ad ix. cap. Multiplicabit.
V. Notū fecit. Colla de nat.
Ad vesp. a. Maria autē
conseruabat omnia uerba
hec conferens in corde suo.
cxvii
Coll. Vota. ut s. In epy
phania. ad vesp. sr. ps. a.
Stella ista. Capitulū.
Surge illuminare
ihrl̄m qa uenit
lumen tuū. et gl̄a dn̄i

sup te orta est. ℟. In columbe specie. ℣. Veni redemptor. ℟. Reges tharsis. Ad. ℣. ℟. Magi videntes stellam dixerunt ad invicem. hoc signum magni regis est. eamus et inquiramus eum. et offeramus ei munera aurum thus. et myrrham. Deus illumi. coll. nator omnium gentium da populis tuis ꝑpetua pace gaudere. et illud lumen splendidum infunde cordibus nris. ꝙd tanta magorum mentibus inspirasti. dñm nrm ihm. Invitat. Xpc apparuit nobis. venite adoremus. ps. Venite. In. i. n. ℟. Audite dominum filij dei. adorate dominum in aula scā ei. Ipm. ℣. Fluminis impetus letificat. alla. civitatem dei. alla. ps. Dominus nr. ℟. Psallite dño nro psallite regi nostro psallite sapienter. ps. Omnes gentes. ℟. Vidimus stellam eius in oriente. et venimus cum muneribus adorare dñm. ps. Magnus dñs. ℟. Omnis terra adoret te et psallat tibi. psalmum dicat nomini tuo dñe. ps. Jubilate. ℣. ℟. Reges tharsis et insule munera offerent regi dño. ps. Dominus iudicium. ℣. Omnis tra adoret te. Omnes. lcō ꝑma. ℣. Sitientes venite ad aquas. et qui non habetis argentum ꝑpe rate. emite. et comedite. Venite. emite absq; argento et absq; ulla cōmutatione vinum et lac. ℟. Hodie in iordane baptizato dño apti sunt celi. et sicut columba sup eum spūs mansit. et vox patris intonuit. hic est filius meus

dilectus in quo m̄ cōplacui
V. Descendit sp̄c scs̄ cor
porali specie sicut colūba ī
ipm̄ et uox p̄ris ītonuit. Hē.

Quare appen lcō ij.
ditis argentum
non in panib3 ꝛ labo
rem ur̄m non ī satu
ritate. Audite audi
entes me et comedite
bonū. et delectabit ī
crassitudine anima
ur̄a. R. In colūbe specie
sp̄c sanctus uisus est. pa
terna uox audita est. hic
est filius meus dilectus ī
quo m̄ bene complacui.
ipm̄ audite. V. Celi apti
sunt sup eum et uox p̄ris
intonuit. Hic ē. lcō iij.

Inclinate aurē ur̄am.
et uenite ad me. Au
dite me. et uiuet ani
ma ur̄a. Et fiam uo
biscum pactū sempi
ternū. miscdias da
uid fideles. R. Hic est
dies preclarus in quo sal
uator mundi apparuit. q̄
ꝑphete ꝑdixerunt. angeli
annūciauerūt. cui stellā
magi uidentes gauisi sūt
et munera ei obtulerūt.
V. Dies sc̄ificat᷒ illuxit
nobis. uenite gentes ī ado
rate dn̄m. Que. lcō iiij.

Ecce testem ꝑplis
dedi eum. ducem
ac preceptorē gentib3.
Ecce gentem quam
nesciebas uocabis. ꝛ
gentes que nō cogno
uerunt te ad te cur
rent. ꝑpter dn̄m deū
tuū et scm̄ isrł. quia
glorificabit te. R. Ma
gi uenerunt ab oriente
iherosolimā. querentes et
dicentes. ubi est q̄ nat᷒ est
cui᷒ stellam uidim᷒ et ue

num adorare dominū. ℣. Cum natus esset ihc in bethleem iude in diebz herodis regis · ecce magi ab oriente uenerunt iherosolimā dicentes · Ubi est qui natus est rex iudeorum. ℟. Dñs gentes quascūq; fecisti uenient et adorabunt coram te dne. ℣. Inclina dne. ℟. Adorate dominū alla · l aula scā eius alla. ℣. Cantate · l. ℟. Adorate dnm. alla. omnes angeli eius · alla. ℣. Dñs regnū ex. ℟. Lux de luce appatuit xpe · cui magi munera obtulerunt alla al leluya · alla. ℣. Cantate · ij. ℟. Tria sunt munera q obtulerunt magi dño · aurum · thus · t murrā filio dei regi magno · alla. ℣. Dñs regnū uirit. ℟. Immutauit magi mandatum ab angelo · p aliam uiā reuersi sunt in regionem suam. ℣. Adorate dnm. In aula · f · e · Hunc diem loō. ℣. Sicut nobis fris dnm · epyphaniam uocat xpiana religio · Epyphania uero · interpretat manifestatio. ℟. Dies scificatus illuxit nobis · uenite gentes · adorate dnm · quia hodie apparuit lux magna in terris. ℣. Venite adorem eū quia ipe è dns dns nr. Qa hodie traditū lectio · vii. autem tenem a patribz qd unigenit deus postq est sdm carnem temporaliter natus · in isto die est magis ueneratibz manifestatus · a quibz è oblatis muneribz supplicter adoratus. ℟.

Interrogabat magos hero
des · quod signū indutus
sup̄ natum regem · stellam
magnam fulgentē · cuius
splendor illuminat mun
dum · et nos cognouim⁹ t
uenium⁹ adorare dñm · ℣.
Magi uenerunt ab orien
te · inquirentes faciem
dñi et dicentes · Et nos ·
Im quia ℔ · viij ·
ipse est deus · q̄
sibi in uetere testam
to primitias offerri
mandauit · idem deus
homo natus · gentī
um p̄mitias suo cul
tui dedicauit · ℟ Om
nes de saba uenient · au
rum et thus deferentes
et laudem dño annuna
antes · ℣ · Reges thar sis
et insule munera offer
reges arabum t saba do
na adducent · Aurum et

Applica ℔ · vnj ·
uero testatur
auctoritas · qa unus
est deus qui iustificat
circumcisionem ex
fide · et p̄putū p̄ fide ·
circūcisionis nomīe ·
iudeos · p̄putij nomīe
gentes indubitant̄
ostendens · ℟ Stella
quam uiderant magi in
oriente antecedebat eos ·
donec uenirent ad locum
ubi puer erat · uidentes
autē eam gauisi sunt
gaudio magno · ℣ · Et in
trantes domū inuenerūt
puerū cū maria matre ei⁹
et p̄cidentes adorauerūt
eum · videntes · ℟ · Stella ista sicut flamma
choruscat · et regem regū
deum demonstrat · magi
eam uiderunt t xp̄o regi
munera obtulerūt ·

lxxvii
Populus. V. Adorate do. Omīs angli ei. S. matheū.
Cum natus eēt dn̄s ihc in bethleem iude in diebȝ herodis regis: ecce magi ab oriente uenerīt therosolimā. dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorꝝ. Et rel. O.
Sicut bi. gg. pape in lcōne euuangelica frēs audistis. celi rege nato rex t're turbatus est: q̇a nimirū terrena altitudo confundit. cū celsitudo celestis aperitur. R. Reges tharsis et insule munera offerent. reges arabū et saba. dona dn̄o deo adducent. V. Et adorabūt eū omnes reges ~~gēs~~ omnes gentes suient ei. Reges.

Sed que lcō. x. rendū nobis est quid nam sit quod redemptore nato. pastoribȝ in iudea angelus apparuit: atqȝ ad adorandum hunc. ab oriente magos non angelus ſȝ stella pduxit. R. Illuminare illuminare ihrlm. uenit lux tua. i gloria domini sup te orta ē. V. Et ambulabūt gentes in lumine tuo. et reges ī splendore ortus tui. Et glā. lcō. xi.
Quia uidelicet iudeis tanq̄m ratione utentibȝ. rationale animal idest angelus p̄dicare debuit: gentiles uero quia uti ratione nesciebant. ad cognoscendū dn̄m non p uocem sed p signa pducuntur: quia et illis

Apbetue tanquā fidelibz
non infidelibz. et iſtis
ſigna tanq̄ infidelibz
non fidelibz data ſunt.
℟. Uidentes ſtellā magi
gauiſi ſunt gaudio magno.
et intrantes domū iuene
runt puerū cū maria ma
tre eius. et procidentes adora
uerunt eum. et apertis
thesauris ſuis obtulerūt
ei munera. aurum thus.
et murram. ℣. Ab oriente
uenerunt magi in bethle
em adorare dñm. Et aptis

Et no lectio xij.
tandū qd recēp
torem nām cum iam
perfecte eſſet etatis eſ
dem gentibz apli p̄di
cant. eumq; paruu
lum et necdum p̄fectū hu
mani corporis offici
um loquentē ſtella
gentibz denunciat. q̄

numerum rationis q
do poſcebat. ut loquen
tem iam dñm loquen
tes nobis p̄dicatores
innotescerent. et nec
dum loquentē eternā
muta predicarent. ℟.
Dria ſunt munera pre
ciosa que obtulerunt ma
gi dño in die ista. et ha
bent in ſe diuina miſtia.
in auro ut oſtendatur re
gis potentia. in thure ſa
cerdotem magnū confi
dera. et in murra dñicam
ſepulturā. ℣. Saluato
rē auctorem magi ue
nerati ſunt in cunabu
lis. et de thesauris ſuis
miſticis et munerū ſpe
cies obtulerūt. Et habem.

Qum S̄ matheū.
natus eſſet dñs
ihc in bethleem iude
in diebz herodis regis.

ecce magi ab oriente
uenerunt iherosoli
mam dicentes. Ubi
est qui natus est rex
iudeoꝝ. Vidimꝰ enim
stellam eius in orien
te: et uenimus adora
re eum. Audiens au
tem herodes rex tur
batus est: et omnis
iherosolima cū illo.
Et congregans oēs
principes sacerdotū ⁊
scribas ppli: sciscitaba
tur ab eis ubi xp̄c nas
ceretur. At illi dixe
runt. In bethleem iu
de. Sic enim scriptū
est p̄ ꝓphetam. Et tu
bethleem terra iuda:
nequaq̄ minima es
in principib⁹ iuda.
Ex te enī exiet dux:
qui regat ppl̄m meū
israel. Tunc herodes
clam uocatis magis: di
ligenter didicit ab eis
tempus stelle que ap
paruit eis. Et mittens
eos in bethleem dixit.
Ite. et interrogate dili
genter de puero: et cū
inueneritis renūcia
te michi. ut ⁊ ego ue
niens adorem eum.
Qui cum audissent
regem: abierunt. Et
ecce stella quam uide
rant in oriente ante
cedebat eos: usq̄ dū
ueniens staret supra
ubi erat puer. Vide
tes autem stellam:
gauisi sunt gaudio
magno ualde. Et in
trantes domū inue
nerunt puerum cū
maria matre eius:
et procidentes adorauе
runt eum. Et aper

thesaurus suus: obtule
runt ei munera. Aurũ
thus. et myrrham. Et
responso accepto in
somptis ne rediret
ad herodem: p aliam
uiam reuersi sunt in
regionem suam. Coll:

Deus qui hodier
na die unigenu
tum tuũ gentibz stel
la duce reuelasti. con
cede ppicius. ut q iam
te ex fide cognouim?
usq ad contemplan
dam speciem tue cels
tudinis pducam̃ p-e

Ante lucifer Jn. t.a:
genitus. et ante se
cula dñe. saluator noster
hodie mundo apparuit.
a: Venit lum tuũ thesln
et gloria dñi sup te orta ẽ.
et ambulabunt gentes ĩ
lumine tuo. alleluya. a:

Aptus thesaurus suus. ob
tulerunt magi dño aurũ
thus et murram. alla. a:
Mare et flumina bene
dicite dño. ymnũ dicite
fontes domino. alla. a:
cxlvm
Magi uidentes. Caplm.
cxvm
Surge illuminare. ℟.
lxxxb
Bñdict q uenit. ℣. Lapi
dem quẽ re. Puer dieb; ℟.
Reges thar sis ĩsule
munera offerent. ℣. Re
ges arabũ et saba dona
adducent. ỹ. lxxm Enixa est
Jeno iacere pculit. Gau
det chorus cel. ymnus.

Postus herodes im
pie. xp̃m uenis
se quid times. non ad
pit mortalia qui regi
na dat celestia. Ibãt
magi quam uiderãt
stellam sequentes p̃
uiam. lumen requi
runt lumine. deum

fatentur munere. La-
uachra puri gurgitis
celestis agnus attigit
peccata que non detu-
lit nos abluendo sustu-
lit. Nouum genus
potentie aque rubes-
cunt ydrie · uinumque
iussa fundere · muta-
uit unda originem.
Gl'a tibi dñe qui appa-
℣ Tria sūt mun'a p'ciosa q̄
obtulerūt magi dño. Aurū
thus ⁊ mirrā. Ad B'. a'.
Hodie celesti sponso iunc-
ta est eccl'ia · q'm in iordane
lauit xp̄c eius crimina ·
currunt cū munib'z ma-
gi ad regales nuptias · et
ex aqua facto uino letan-
tur conuiue · all'a. Coll'.
Deus qui hodierna.
Ad horas diei · a' laudū · In
Ecce aduenit [illegible]
dominator dñs · et

regnum in manu eius ⁊ po-
testas et imperium · ps' Deus
iud' · t · re · da · ℣ Reges thar-
sis. Coll'a pagina p'cedenti.
Surge ysaie p'phe.
illuminare ier'lm
quia uenit lumē tuum:
et gloria dñi sup te or-
ta est. Quia ecce tene-
bre operient terram:
et caligo p'plos. Sup
te autem orietur dñs:
et gloria eius in te ui-
debitur · Et ambula-
bunt gentes in lumi-
ne tuo: et reges ī splen-
dore ortus tui · Leua in
circuitu oculos tuos ⁊
uide: omnes isti cōgre-
gati sunt uenerunt t'.
Filij tui de longe ueni-
ent: et filie tue de la-
te resurgent · Tunc ui-
debis et affluēs ⁊ mira-
bitur et dilatabitur cor

tuum·quando conúsa
fuerit ad te multitudo
maris·fortitudo gentiũ
uenerit tibi·Inundatio
camelorũ opiet te·dro
medarij madyan et efa·
Omnes de saba ue
nient·aurum t thus
deferentes·et laudẽ do
mino annunciantes·

Epla·Apparuit gra dei
Require in natali dñi

Gr Omnes de saba ue
nient·aurum et thus de
ferentes·et laudẽ dño an
nunciantes·℣ Surge t
illuminare hierlm·quia
gloria dñi sup te orta est·

All·℣· Vidim stellã
eius in oriente·t uenim
cũ muneribz adorare do
minũ· Cũ na
tus est· Solio ꝓcedenti·

Credo t unũ off· Reges
tharsis et insule munà

offerent·reges arabum et
saba dona adducent t adora
bunt eum omnes reges tre·
omnes gentes seruient ei·

Ecclie tue Secr·
qs dñe dona p
pitius intuere·quibz
non tam auri·thus·
et mira ꝓfertur·s
quod eisdem munib;
declarat·immolatur
et sumitur·ihc xpc·
dñs nr· Qui tecũ· Pre
fatio· Quia cum unl
genitus tuus· Infra
cati· Cõmunicantes
et diem·Cõ· Vidim
stellam eius in oriente·t
uenim cũ muneribz ado
rare dñm· Post Cõm·

Rã quesumus
omnpc deus·ut
que sollempnia celeb
mus officio·purifica
te mentis intelligetia

consequamur· P· Ad
iij capl'm· cxviii Surge illu
minare· R Omnes de
saba venient· coll· Deus
cxxii
qui hodierna· ut sup.
Quia Ad· vi· cap.
Ecce tenebre ope
rient terram· et caligo
pplos· sup te autem
orietur dominus· et
gloria eius in te vide
bit· V· Vidim9 stellam ei9
in oriente· et venim9· coll·
Deus cuius unige
nitus in substan
tia nre carnis appa
ruit· psta qs ut p eu
quem similem nobis
foris agnovim9 int9
reformari mereamur· p e
t am Ad ix· cap·
Ambulabunt gen
tes in lumine tuo· et
reges in splendore ort9
tui· leva in circuitu
oculos tuos et vide om
nes isti congregati st
venerunt tibi· V· Ab
oriente venerunt magi·
Pa nobis Collecta·
qs domine digne
celebrare mysterium
quod in tui salvatoris
infantia miraculis cho
ruscantibz declaratur·
et corporalibz incre
tis manifesta designat
humanitas· P eunde·
lxxvi
Ad vesp a Tecu princ ps·
cxviii
Dixit dns· cap· Surge
illum· R Dns de saba
venient auru et thus de
ferentes· V· Et laude dno
annunciantes· ymnus·
lxxiii
Veni redemptor· V· Re
ges tharsis· Ad mag· a·
Ab oriente venerut ma
gi in bethleem adorare do
minu· et aptis thesauris
suis preciosa munera obtu

lerunt · aurum ſicut resi
magno · thus ſicut dō uen
muram ſepulture eius
alla · Coll · Deus qui
hodierna · Nota q̄ in
ni et ūſiculi nocturnoꝝ
et horaꝝ · que hac die di
cunt̄ · ſic ꝑ totā oct̄ · dn̄i.
Multa etiā ſic tenet̄ · præt
epl̄ · Apparuit ꝙ · c̄ loco dr̄
Surge ult̄ · ꝑ totā oct̄ · Ca
pl̄a ꝑ oct̄ · ℣ · ad vesp̄ · l̄.
et · ūj · Surge · ad alias
horas ea que sequunt̄ · ſ
Quia ecce tenebre o
Et ambulabūt · Cap̄ ·

Filij tui delonge
uenient et filie
tue de latere surgent
tunc uidebis t affluues
et mirabit̄ et dilata
bit̄ cor tuū · quando
conuersa fuerit ad te
multitudo maris ·
fortitudo gentiū ue

Ineunt tibi · Cap̄lm ·
Inundatio camelor
opiet te · dromedarij
madyan et epha · om
nes de saba uenient
aurum et thus defe
rentes · et laudē dn̄o
annunciantes · Collē
Rā qs ꝑ oct̄ ·
omn̄pc dō · ut qui
uiatoris mundi stella
duce manifestata na
tiuitas · mentibꝫ nr̄is
irradietur semper et
crescat ꝑ eundē · Coll ·
Omn̄pc sempitine
deus · fidelium
splendor animar · qui
hanc sollempnitatem
electionis gentiū pri
mitijs consecrasti · im
ple mundum gloria
tua · et subditis tibi
pp̄lis ꝑ luminis tui
appare claritatē ꝑ e

Concede qs̃ Collã-
ompc̃ deus · ut sa
lutare tuũ noua celor
luce mirabile quod ad
salutẽ mundi hodier
na festiuitate poscim-
us semp ĩnouandis
cordibz oriatur · ihesus
xp̃c dñs nr̃ · Qui tecũ
illumina qs̃ dñe coll:
ptin tuũ · et splendore
gr̃e tue cor eius semp
accende · ut saluatorẽ
suũ et uocaliter ag
noscat et ueraciter ap
prehendat · Dñm nr̃m
Deus qui Collã-
unigenitu filiu
tuu baptismo fluen
ta sãctificare uoluisti
aquaz: da ut tenata
aqua et spũ ꝑuenire
ad gaudia eterna me
reamur · ꝑ eũdẽ · Ite
· ℟ · dñe ꝑ oct · a: Interroga

bat magos herodes · quod
signũ uidistis sup
natum regem · stellam ui
dim̃ fulgentem cui̇ splen
dor illuminat mundum
alla · ℟ · Videntes stellam
magi gauisi sunt gaudio
magno · et intrantes do
mum obtulerunt dño
aurũ thus et murram · ℟ ·
Descendit sp̃c scs̃ corpo
li specie sicut columba ĩ
ipso · et uox de celo facta ẽ ·
hic est filius mꝰ dilect⁹ ·
alla · ℟ · Vox de celo sonu
it · et uox patris audita
est · hic est filius meus ĩ
quo mĩ complacuit ipm
audite · ℟ · Celi apti sunt
sup eum · et uox facta est
de celo dicens · hic ẽ filius
meus dilectus in quo mĩ
complacuit · ℟ · Omnes de
saba uenient · aurum et
thus deferentes · alla all·

℟. Venient ad te qui detrahebant tibi et adorabunt uestigia pedum tuorum. ℟. Xpo datus est principat et honor regni omis populus tribus et lingue seruient ei alla. ℟. Exultemus in dño et spiritu in uocunditate letemur quia salus eterna mundo apparuit alla. ℣. Annunciate Xpc apparuit nobis uenite adorem⁹. ℣. Venite. ℣. ij. i i ij. ℟. Vidimus stellam ei. lcō. i.

Fratres nescitis qm corpora ura membra xpi sunt. Tollens ergo membra xpi faciam membra meretricis. Absit. ℟. Hodie in iordane. lcō. ij.

In nescitis qm q adherens mere tric unū corpus ef ficitur. Erunt enim inquit duo in carne una. ℟. In cōlūbe lcō. iij.

Qui autem adheret dño unus spiritus est. Fugite fornicationem. ℟. Hic est dies pclarus. ij. ℣. ij. ℟. Speciosus fo. ad. l. ℟. Iuste lucaferū ad b. ℟. Venit lumen. ad. j. ℟. Dñs dixit ad iij. ℟. Celi enarrāt ad. vi. ℟. Oēs de saba. ad. ix. ℟. Eccē aduenit. ad vesp. ℟. Xpo dat est. ad. o. ℟. Descendit spc scō. ℣. iij. i i ii. ℟. Flumis impet. lcō. j.

Res unusq̄sq in qua uocatus ne uocatus est. i ea pmaneat. ℟. Mas. ij. Seruus uocatus es. non sit tibi cure. sed et si potes

liber fieri· magis utere.
R̸ Dies scificat⁹. lcō· iij·
Qui enim in dño
uocatus est ser
uus: libertus ē dñi·
Similit' qui liber uo
catus est: seruus est
xpi· R̸ Interrogabat· In
·ij· n°· a· Ammoniti· Ad l· a·
Venit lumen· Ad Bñdcs· a·
Aptis thesauris· Ad i· a·
Lux de luce· Ad iij· a· Vi
dentes stellam· Ad vi· a·
Oms de saba· Ad ix· a·
Exultem⁹ in dño· Ad vs·
· a· Apud dnm· Ad cō· a·
Interrogabat magos· Fr
·iiij· in i· n· a· Omnis
terra adoret te· lcō· i·
Fr̄es: nescitis qd
hii qui i stadio
currunt· omnes qui
dem currunt· s; un⁹
accipit brauiū: Sic
currite· ut cōprehen

datis· R̸ Oms· lcō· ij·
Omnis autē qui
in agone conten
dit: ab omnib; se absti
net· R̸ Stella quā· lcō· iij·
Et illi quidem ut
corruptibilem
coronam accipiant:
nos autē incorruptā·
R̸ Reges tharsis· In ij· n°
a· Reges tharsis· Ad l· a·
Aptis thesauris· Ad B̄· a·
Ammoniti· Ad j· a· Terra
fuit· Ad iij· a· Descendit
spc scs· Ad vj· a· Celi apti·
Ad ix· a· Venient ad te·
Ad vesp· a· Xpo datus est·
Ad cō· a· Vox de celo son·
Fr· v· In i· n· a· Vidim⁹
stellam eius· lcō pma·
Fr̄es· qui se exsti
mat stare: uide
at ne cadat· Temp
tatio uos non apphen
dat nisi humana· R̸

cxx
Illuminare. all. lc̄o. ij.
Fidelis autem ds
est qui non pa
cietur uos temptari
sup id quod potestis.
sed faciet cu̅ tempta
tione etiam prouentu̅
ut possitis sustinere.
cxxi
R. Videntes stella̅. lc̄o. iij.
Karissimi m̄. fu
gite ab ydolor
cultura. Ut prudentib;
cxxi
loquor R. Tria sunt. In
lxxvi
ij. n̄. a. Veritas de tra. Ad
cxxii
. a. Maria & flum̄. Ad B.
cxxii
a. Venit lum̄. Ad. i. a.
cxxiiii
Celi aperti sunt. Ad. iij. a.
cxxiiii
Interrogabat. Ad. vj. a. Vi
cxxiiii cxxiiii
dentes. Ad. ix. a. Omnes
de saba. Ad vesp. a. Vox
cxxiiii
de celo sonuit. Ad. cō. a.
cxxiiii
Descendit sps scs. Fr. vi
cxix
In. i. n. a. Oms gentes.
Fr̄es. mi. lc̄o. i.
Fratres mei esto

te. sicut et ego xpi. Lau
do autem uos fr̄es: qd
p omnia mei memo
res estis. et sicut tradi
di uobis precepta mea
cxvii
tenetis. R. Hodie. lc̄o. ij.
Uolo autem uos
scire. qd omnis
uiri caput xpc ē. ca
put autem mulieris
uir. caput u° xpi ds.
cxix
R. In columbe. lc̄o. iij.
Omnis uir orans
aut prophetans
uelato capite detur
pat caput suum. R.
cxix
Hic est dies. In. ij. n̄. a.
cxix
Adorate dn̄m in aula. Ad
cxviii
. a. Magi uidentes. Ad
cxxii
Bndcs. a. Apertis thesauris.
cxix
Ad. i. a. Lux de luce. Ad. iij.
cxix
Tria sunt. Ad. vi. a. Ano
cxix
uenti magi. Ad. ix. a. Exul
cxxv
tem in dn̄o. Ad vespas. a.
cxxiii
Videntes stellam. Ad. cō. a.

Interrogabat magos hodes.
Fabbo. Officiū de scā
maria ab epiph usq ad
purificationē ad vesp. x.
Virgo dei genī. Ad mag. x.
Scā et imack. Coll. Deus
qui sal. In i. Ly. x. Virgo
verbo concepit. Lō. i.

uerus ex te hominis
filius tibi matri alluderet. cum uerus ex
patre dñs deus unigenitus impet. Rx.

lxxix
Beata es. lectio. ij.

Tuum ipsa concipiens edidisti in tē
pore puberem quē
habebas ante tēpora
conditorem. O felix
puerpium. letabile
angelis. optabile scās.
necessariū potius. congruum pfugatis. Rx

lxxx
De laudant. In. ij. ū. x.

lxxxi
Beatus uenter. Ad. v. x.

cx
O admirabile cōmercū
Ad Benedictus. x. Quando na
tus es. Coll. Ds qui sal.
Cōmem. de nat. epyph.
Ante lucifer. Y. Tria sūt
munera. Coll. Ds qui hodierna die. Ad horas dicē.

cx
a. O admirabile cũ ver. Dnc
inf. oct. ad vs. a. Stella
cxx cxviii
ista. ad. o3. a. Magi. Collcã.
cxvii
Ds qui hodierna. Comem.
de dnc. scdm statũ temporis.
cvii
d2. a. aut Puer ihc crescebat
cxvii
cũ. coll. Vota. Aut puer ihc
cxxiii cxviii
pficiebat. cũ coll. Omnipc.
cxviii
Inuit. Xpc apparuit. In. i.
cvii
n. a. Eleuamini. V. Omis
terra adoret te. lectio. i.

Scim9 qm quecũqz
lex loquitur hys
qui in lege sunt loqt.
ut omne os obstruat.
et subditus fiat omis
mundus deo. quia ex
operib3 legis nõ iusti
ficabitur omnis caro
cxviii
coram illo. R. Hodie i ior.
Per legem lcõ. ii.
enim cognitio
peccati. Nunc aũt sine
lege iustitia dei mani
festata est. testificata

a lege et pphetis. R. In
cxix
columbe. lectio. iii.
Iustitia autem dei p fi
dem ihũ xpi in omnes
et sup omnes q credũt
cxix
R. Hic est dies. lcõ. iiii.
Non enim est distinc
tio. Omnes enĩ
peccauerunt. et egent
gl'a dei iustificati gra
tis p grãm ipsius. p
redemptionem que est
cxix
in xpo ihu. R. Magi ue
nerunt. In. ii. n. a. Afferte
cxviii
dño. V. Adorate dnm i aula.
Quem ihm ppo. l. v.
suit deus ppitia
torem p fidem in san
guine ipsius ad osten
sionem iustitie sue
ppter remissionem p
cedentium delictoꝝ in
sustentatione dei ad
ostensionem e iustitie
eius in hoc tempore.

ut sit ipse iust⁹ et iusti
ficans eum qui ex fide
est ihū xp̄i ℟ Dies sanc-
cxir
Ubi est ergo leō. vi.
gloriatio tua? Ex
clusa est. ℣ quā legem?
factor? Non. Sed ℣ le
gem fidei ℟ Inclinabat-
cxr
Hebream leō. vij.
enim iustificari
hominē ℣ fidem sine
cxy
op̄ibz legis ℟ Omīs de ga-
Hn iudeoz leō. viij.
deus tm? Nonne
et gentium? Imo et
gentiū. Q̄n quidē un⁹
deus qui iustificat cir-
cūcisionem ex fide: et
p̄putium ℣ fidem. Lege
ergo destruim⁹ ℣ fidē?
Absit. Sed legem sta
cxvi
tuimus ℟ Stella quam-
cxr lxxvi
Ad cc. ℟ Stella ista cc. Po
pul? ℟ Adorate dm. Omīs ang?
Hill tp̄z. ℣ matheū.

Venit dñs ihc a galilea
in iordanem ad iohan
nem ut baptizaretur
ab eo. Et tel'o. veñ bede
Lectio scī euuange
lij quam m̄ scēs
audiuim⁹ magnū nob
et in dño et in seruo
dat ℣ specie humilita
cxx
tis exemplum ℟ Reser-
Hi dño quidem leō. x.
qua cum sit dñs non
solum ab homine ser
uo baptizari. h; etiam
ip̄e ad hunc baptizan
dus uenire dignat⁹ est.
cxr
℟ Illuminare. lectio xi.
Hi seruo autem qua
cum sciret ℣ saluatorem
se ac baptistam suu
saluatoris ee destinatu
memor tamen ℣ pie
fragilitatis inuunctu
sibi humilit' excusauit
officium dicens. Ego

a te debeo baptizari· et
tu uenis ad me· ℟ Videntes·
Sed quia lcõ· xij·
Omnis qui se hu
miliat exaltabitur· et
dominus qui in forma
hominis propter homĩes
instruendos humilis
apparuit· mox a deo pa
tre quantũ sup homi
nes immo etiam sup
angelos· et sup omne
quod creatum ẽ emi
neret apparuit· uoce
delapsa ad eum huius
modi a magnifica glã·
hic est filius meus di
lectus· in quo m̃ com
placui· ℟ Tria sũt mu·
In illo tp̃e: S' matheũ·
Venit dñs ihc a gali
lea in iordanẽ ad iohan
nem: ut baptizaretur
ab eo· Johannes autẽ:
prohibebat eum dicens·

Ego a te debeo baptiza
ri· et tu uenis ad me:
Respondens autẽ ihc:
dixit ei· Sine modo: sic
enim decet nos implere
omnẽ iustitiam· Tũc
dimisit eum· Baptiza
tus autem ihc: confes
tim ascendit de aqua·
Et ecce aperti sunt celi:
et uidit spm̃ dei descen
dentem sicut colũbam·
et uenientem sup se·
Et ecce uox de celo di
cens· Hic est filius m̃s
dilectus· in quo m̃ cõ
placui· Coll· Ds qui
hodierna die· In laudib;
·a· Maria et flu· Ad Bñdcs· a·
Hodie celesti sponso· Coll·
Ds qui hodierna· ut s̃· Co
mem̃ de de dñc· Ad horas
diei· a· Ante luciferũ· cũ rel·
Missa· Ecce aduenit· Coll·
Ds q hodierna· lcõ ysa· p·

Surge illumi. Gre. Omnes de
Alla. Vidimus. Ew. Venit
ihc. pagina precedenti. Off.
Reges tharsis. Co. Vidimus.
Ad iii. vi. et ix. Capla et collecte
sic in die. Ad vs. a. Tecum
princ. cu rex. Ad O. a. Ab ori
ente. In oct. epiph. ad vs.
sr ps. a. Stella ista. Cap.
Omnes sitientes
uenite ad aquas
et qui non habetis ar
gentum properate emi
te et comedite. uenite
emite absque argento et
absque ulla comutatio
ne uinum et lac. R. Om
nes de saba. V. Veni redemp
tor. V. Reges tharsis. Ad
mag. a. Baptizat miles
regem seruus dominum suum
iohannes saluatorem aqua
iordanis stupuit columba
protestata est. paterna uox au
dita e. hic e filius meus. Coll.

Deus cuius unige
nitus in substan
tia nostre carnis apparuit
presta qs ut per eum quem si
milem nobis foris agno
uimus. intus reforma
ri mereamur. Per. Inuit.
Xpc apparuit. V. Xpe re
demptor. In i. n. a. Afferte
do. fi. d. ado. do. i au. s. ei. Ipm.
a. Fluminis impet. leti. alla. a.
d. alla. ps. Ds nr. a. Psalli
te deo nro psallite. psal. re n.
psal. sa. ps. Omnes g. a. Aqua
combuit peccatum hodie ap
parens liberator. et rorat
omnem mundum diuinitatis
ope. ps. Magn. do. a. Pater
de celis filium testificat. et
sps sci presentia aduenit
unum edocens qui baptizat
xpc. ps. Iubilate. i. a. Bap
tizat xpc et sanctificat omnis
mundus. et tribuit nobis
remissionem peccatorum. aqua et

Ipsū omnes purificatā ps.
Dš iud· t· V. Omnis tra ado·
Licz lectio pma·
frēs dilectissimi
de sollempnitate diei
huius veterū sit diu
sa traditio: una tam̄
scē devotionis ē fides·
cxviii
R. Hodie in iord. lcō· ij.
Et quinq̄ ñ nulli
hodie dñm nrm
ihm xpm stella duce
uenientibz ab orien
te magis estiment ado
ratum· alij autē asse
rant eum aquas in
uina mutasse· qui
dam uo baptizatum
illum a iohanne cō
firment: in omnibz
est nra festiuitas· R.
cxix
In columbe· lectio· iij·
Nam quod magis
utiqz gentilibz
et adorare deum· et
munera offerre conce
ditur: gentiū est pfi
gurata uocatio· R.
cxix
Hic est dies· lcō· iiij·
Quod aque trans
formant^r in uinū:
religionis nrē desig
natur archanum·
Qd uero fluentis ior
danis baptizat^r xpc:
aque nro baptismati
consecrant^r· R. Magi· cxix
In ij· n· A. Omnes gentes
quascūqz fecisti· uenient et
adorabunt corā te dñe· ps.
Inclina dñe· A. Peccati a
culeus conterit^r hodie
baptizato dño· et nobis do
nata est regeneratio· ps.
Cantate· i· A. Adorate do
minū all'a· oms angeli eius
all'a ps. Dñs regn̄ ex· A.
Vox de celo sonuit· et uox
pris audita ē· hic est fili
us meus· in quo m̄ com

placuit · ipsum audite · ps. Cantate ii. R. Celi aperti sunt super eum · et uox facta est de celo dicens · hic est filius meus dilectus · in quo michi complacui · ps. Dominus regnauit irascantur. R. Venient ad te qui detrahebant tibi · et adorabunt uestigia pedum tuorum · ps. Misericordiam. V. Adorate dominum in aula sancta eius.

Oportet lectio v.

Oportet itaque karissimi ut aliqua nunc de ipso baptismate scitati uestre proferam quod dominus donauerit · ut simul et humilitatem saluatoris nostri · et mysteriorum gloriam cognoscatis · R. cxix Dies sanctificatus · lectio vi.

Predicabat in deserto iohannes baptismum penitentie pro peccatorum remissione quo crimina commissa deleret · sed quo emendaret errantes · Nam remissio peccatorum christi gratie seruabat. R. cxx Interrogabat. l. vii.

Confluebat ergo ad iordanem desiderio lauachri diuisorum copiosissima multitudo · quorum essent tam scelerati actus · uita tam perdita · ut eos uenerabilis baptista uipereo semini compararet. R. cxx Omnis de Sab.

Inter huiusmodi lectio viii. homines ille uirtutum celestium dominus · ille qui respicit terram et facit eam tremere · christus ihesus non dedignatur humilis et quietus ad seruuli sui baptismum properare. R. cxx Stella quam. Ad cantica R. Christo datus est principatus et honor regni · omnis populus

Iubilus et lingue feruentis
et alla. ℟. Populus. ℣.
Adorate dñm omnis angelicus.
In illo tpe. ℣ Johannem
Vidit iohannes ihesum
uenientem ad se: et ait.
Ecce agnus dei: ecce q̃
tollit peccata mundi.
Et rel. ℣. Veñ. Dece.
Johannes baptista: et
p̃cursor domini salua
toris: quẽ diu uentu
rum pplis uerbo p̃di
cauerat: ipm iam uem
entem ad se sicut ex
lectione sc̃i euuangly
cẽs modo cum legẽt
audistis: mox digito
demonstrauit dicens.
Ecce agnus dei: ecce
qui tollit pcã mũdi.
℟ Reges tharsis. lc̃o. x̃.
Ecce agnus dei.
Ecce innocens
et ab omni peccato ī
munis. utpote qui
os quidem de ossibz a
dam: et carnẽ de carne
adam: sed nullam de
carne peccatrice trax
it maculam culpe. ℟.
Illuminare. lectio. xi.
Ecce qui tollit pec
catum mundi.
Ecce qui iustus inter
peccatores: mitis inꝰ
impios: hoc est quasi
agnus inter lupos
apparens: etiam pec
catores et impios ad iu
stificandi habet potesta
tem. ℟. Videntes. lc̃o. xij.
Quomodo autem
peccata mundi
tollat: quo ordine iu
stificet impios: apls
petrus ostendit qui
ait. Non corruptibili
argento uel auro re
dempti estis de uana

ita conuersatione pa
terne traditionis · & p
cioso sanguine quasi
agni incontaminati
et imaculati ihu xpi.
cxxi.
R Dria sūt ℣ lucam.
actum est cum
baptizaret om
nis populus · et dño
ihu baptizato & ora
te · aptum est cœlum ·
Et descendit spūs sanct⁹
corporali specie sicut
columba in ipm: & uox
de cœlo facta est · Tu es
filius meus dilectus:
in te complacuit mi.
Et ipse ihc erat incipi
ens quasi annoꝝ tri
ginta: ut putabatur
filius ioseph · Q̄ fuit
hely: qui fuit mathat
Qui fuit leuy: q̄ fuit
melchi · Qui fuit iam
ne: qui fuit ioseph · Q̄
fuit mathathie: q̄ fuit
amos · Qui fuit naum:
qui fuit esli · Qui fuit
nagge: qui fuit maath.
Qui fuit mathathie:
qui fuit semey · Q̄ fuit
ioseph: qui fuit iuda ·
Qui fuit iohanna: qui
fuit resa · Qui fuit zoro
babel: qui fuit salathi
el · Qui fuit neri: qui
fuit melchi · Qui fuit
addy: qui fuit cosan · Q̄
fuit helmodan: q̄ fuit
her · Qui fuit ihesu:
qui fuit mathat Qui
fuit leuy: qui fuit sy
meon · Qui fuit iuda:
qui fuit ioseph · Qui
fuit iona: qui fuit elia
chim · Qui fuit melcha:
qui fuit menna · Qui
fuit mathathia: qui
fuit nathan · Q̄ fuit
dauid: qui fuit yesse · Q̄

fuit obeth: qui fuit
booz. Qui fuit salmon.
qui fuit naason. Qui
fuit aminadab: qui
fuit aram. Qui fuit
esrom: qui fuit pha
res. Qui fuit iude. q̇
fuit iacob. Qui fuit
ẏsaac: q̇ fuit abrahe.
Qui fuit thare: qui
fuit nachor. Q' fuit
seruch: qui fuit ra
gau. Qui fuit pha
lec: qui fuit heber. Q'
fuit sale: qui fuit tha
man. Q' fuit arfaxath.
qui fuit sem. Q' fuit
noe: qui fuit lamech.
Qui fuit mathusale.
qui fuit enoch. Qui
fuit iareth: qui fuit
malaleel. Qui fuit
caynam: qui fuit enos.
Qui fuit seth: q̇ fuit
adam. Qui fuit dei. Ihc

autem plenus spū scō:
regressus ē a iordane.
cxxviii
coll'. Deus cuius unige
nitus. In laudibz. aā.
Veterem hominē re
nouans saluator
uenit ad baptismū. ut
naturā que corrupta est
ꝑ aquam recuperaret in
corruptibili ueste circū
inictans nos. aā. Te q̇
in spū et igne purificas
humana contagia deū
et redemptorem omnes
glorificamus. aā. Baptista
contremuit et nō audet
tangere sanctū dei uer
ticem. sz clamat cū tre
more. scīfica me salua
tor. aā. Caput draconis
saluator contriuit ī ior
dane flumine. ab eius
potestate omnes eripu
it. aā. Magnū mysteriū
declaratur hodie. quia

creator omnium in iordane ex
purgat nostra facinora. cap.
cxxviii
Omnis sitientes. R. Reges
lxxxv
tharsis. R. Enixa est puer
pera. V. Tria sunt m. Ad B.
a. Precursor iohannes exul
tat cum iordane baptizato
domino facta est orbis terrarum
exultatio. facta est peccatorum
nostrorum remissio. sanctificans
aquas. ipsi omnes clame
mus miserere nobis. coll.
cxxvii
Deus cuius unigenitus.
Ad horas diei. a. laudum.
Ecce adue Introitus.
nit dominator dominus. et
regnum in manu eius. et po
testas et imperium. ps.
Deus iudicium t. Collecta.
Deus cuius unigeni
tus in substan
tia nostre carnis apparu
it: presta quesumus ut per eum
quem similem nobis
foris agnovimus. intus

reformari mereamur.
Qui tecum. ysaie prophete.
Domine deus meus ho
norificabo te. lau
dem tribuam nomini
tuo: qui facis mirabi
les res. Consilium tuum
antiquum: verum fiat.
Domine excelsum est bra
chium tuum deus saba
oth: corona spei que
ornata est gloria. Ex
ultet desertum: et exul
tent solitudines iorda
nis. Et populus meus vide
bit altitudinem domini et
maiestatem dei: et erit
congregatus et redemp
tus per deum. Et veniet
in syon cum laude et
leticia sempiterna: super
caput eius laus et ex
ultatio. Et capiam in
montibus flumina. in
medijs campis fontes

disrumpam: et terrā
sitientem sine aqua
confundam. Ecce puer
meus exaltabitur et
eleuabitur: et subli
mis erit ualde. Hau
rietis aquas in gau
dio de fontibz saluato
ris: et dicetis in illa
die. confitemini dño.
et inuocate nomen eius.
Notas facite in ppl'is
adinuentiones eius:
cantate dño quia mi
rabilia fecit. Annun
ciate hec in uniuersa
terra: dicit dñs omp̄c.
Gł. [cxxm] Dñs de saba. All'a.
[cxxm] Vidimus stellā. Sc̄d'm
In illo tp̄r: Iohannem
Vidit iohannes dñm
ihm uenientem ad se:
et ait. Ecce agnus dei.
ecce qui tollit peccata
mundi. Hic est de q̄
dixi. Post me uenit q̄
ante me factus est quia
prior me erat: et ego
nesciebam eum. Sz ut
manifestet' in isrl'. prop
terea ueni ego in aqua
baptizans. Et testimo
nium phibuit iohan
nes dicens. Quia uidi
spm̄ dei descendentem
quasi columbam de ce
lo: et mansit sup eum.
Et ego nesciebam eum.
Sed qui misit me bap
tizare in aqua: ille m̄
dixit. Sup quem uide
ris spm̄ descendentē et
manentem sup eum:
hic est qui baptizat ī
spū scō. Et ego uidi et
testimoniū phibui:
quia hic est filius dei.
Off. [cxxm] Reges tharsis. Secr.
Hostias tibi dñe
p nati tui filij appari

tione deferim⁹.

tione deferimus suppli
citer exorantes · ut sic
ipse nr̄or est auctor
munerum · ita ipse sit mi
sericors et susceptor
ihc xpc dn̄s nr̄ · Qui
cccxxxvi
tecum · Pfatio Quia
cum unigenitus · Infra
can. cccxxxvi Communicantes
ut sup. Co. Vidimus stellam
eius in oriente et uenimus cum
muneribus adorare dn̄m.
Celesti Post co.
lumine qs dn̄e
semper et ubique nos
preueni: ut mysterium
cuius nos participes
esse uoluisti et puro
cernamus intuitu.
et digno percipiamus ef
fectu · P. Ad iij · cap.
cxxviii
Omnes sitientes · R.
Oms de saba coll. Deus
cxxviii
cuius unigenitus · ut s.
Ad sextam capitulum.

Ecce gentem quam
nesciebas uoca
bis · et gentes que non
cognouerunt te · ad te
current propter dn̄m de
um tuum et scm isrl.
quia glorificabit te.
cxxiiii
coll. Illumina · Ad ix.
Spc dn̄i sup cap.
me eo qd unxe
rit me · ad annunciam
dum mansuetis mi
sit me: ut mederer co
tritis corde et pdicarem
captiuis indulgenti
am · et clausis apertio
nem · V. Ab oriente · coll.
cxxiiii
Deus qui unigenitum
filij tui Ad vs. cr. ps. a.
lxxxvi
Tecum princ. cu rel. Cap'lm.
cxviii
Oms sitientes · R. Oms de
lxxxi
saba · y'. Veni redemptor · V.
cxxiii
Reges Ad M. Ab oriente ·
cxxiiii
Coll. Deus cuius. Dnica
post oct epiph. Ad vesp.

sup ps. a. Regnū tuum dn̄e regnum omniū sclo℞. ps Confiteantur. a. Laudabo deum meū in uita mea. ps Lauda aīa mea. a. Deo nr̄o iocunda sit laudatio. ps laudate dn̄m qm̄. a. Lauda ihr̄lm dn̄m. Ipsum. Benedictus Cap. Benedictus deus et pater domini nr̄i ihu xp̄i. pater misericordiarum et deus totius consolationis: qui consolatur nos ī omni tribulatione nr̄a. R. Deus qui sedes. cxxxiii
Sequens breue R. dr̄ aliys sabbis. R. Magnus dn̄s nr̄ et magna uirtus eius. V. Et sapientie eius non ē numerus. l mag. Gloria. ym. O lux beata trinitas et principalis unitas. iam sol recedit igneus. infunde lumen cordibus. Te mane laudū carmine te deprecemur uespere te nr̄a supplex gloria per cuncta laudet secula. Deo prī sit glā. eiusque soli filio cū spū paraclyto. et nunc et in perpetuū. amen. V. Vespertina oro. ascendat ad te dn̄e. Ad mag. a. Puer ihesus proficiebat etate et sapiā coram deo et hominibz. coll. Omnipotens sempiterne deus qui celestia simul et terrena moderaris. supplicationes ppli tui clementer exaudi: et pacem tuam nr̄is concede temporibz. P. dn̄m. Inuitat. Adoremus dn̄m qui fecit nos. ps. Venite. ymnus. Primo dierum omnium. quo mū

dus extat condit' uel
quo resurgens condi
tor nos morte uitali
beret. Pulsis pcul
torporibz. surgamus
omnes ocius. et nocte
queramus pium sic
pphetam nouimus.
Nostras pces ut au
diat. suamqz dextram
porrigat. et expiatos
sordibz reddat polorum
sedibz. Ut quiqz sa
cratissimo huius diei
tempore horis quie
tis psallimus. donis
beatis muneret. Iam
nunc paterna clari
tas te postulam' affa
tim. absit libido sordi
dans. omnisqz actus
noxius. Ne feda sit
uel lubrica compago
nri corporis p que a
uerni ignibz ipsi cre
memur acrius. Ob hoc
redemptor qs ut proba
nra diluas. uite phen
nis cōmoda nob benig
nus conferas. Quo car
nis actu exules effecti
ipsi celibes. ut prestola
mur cernui. melos ca
nam' gle. Deo pri sit. a.
Dne in uirtute tua letab
rex. Ipsum. ps. Ds ds ms. a.
Dns regit me et nichil m
deerit. in loco pascue ibi
me collocauit. Ipsum. ps.
Dni est tra. a. Oculi mei
semp ad dnm. ps. Ad te dne.
ps. Iudica me. V. Memor
fui nocte nois t dn. lco. i.
Fres. non regnet
peccatum i uro
mortali corpore. ut obe
diatis concupiscentiis
eius. R. Dne ne i ira tua
arguas me. neqz in furo
re tuo corripias me. mi

serexe michi dñe qm ifir-
mus sum. ℟. Timor i tre
mor uenerunt sup me. et
contexerunt me tenebre
et dixi. Miserere in. ℣.
Sana me me dñe qm con
turbata sunt ossa mea. et
aia mea turbata est ual-
de. Miserere. Lectio. iij.
Sed neq; exhybea
tis membra ura
arma iniquitatis pec
cato. sed exhibete uos
deo tanquã ex mortu
is uiuentes. t membra
ura arma iustitie dō.
℟ Deus qui sedes super
thronū. et iudicas equita
tem esto refugium pau
per in tribulatione. qa
tu solus laborē et dolorem
consideras. ℣ Tibi enim
derelict⁹ è paup. pupillo
tu eris adiutor. Qa. Lectio. iij.
Peccatū enī uobis
non dnābit. Non enī
sub lege estis sed sub
gra. Quid ergo. peo
cabimus qm nō sum⁹
sub lege. sz sub gratia.
Absit. ℟ Adexteris è m
dñs ne cōmoueat. ppr hoc
dilatatū est cor meū t exul
tauit lingua mea. ℣. Con
serua me dñe qm ire spa
ui. dixi dño de⁹ mꝰ es tu. ppr
Delatus Lectio. iiij.
qm cū exhibe
tis uos seruos ad obe
diendum seruī estis
cui obeditis siue
peccati ad mortē siue
obeditionis ad iustitia
m. ℟ Notas in semita
dñe uias tuas. ad implebis
me letitia cū uultu tuo.
delectationes in dextera
tua usq; in finē. ℣ Tu es
dñe qui restitues hereditatem meā mi. Delectamo

nes. Jn ỹ n a. Dñs defensor
uite mee. r. Illuminatio mea
et salus mea dñs. ps Et sa
lus mea. a. Adorate dnm
in aula scā eius. ps Afferte
a. Jn tua iustitia libera me
dñe. ps Jn te dñe. ps Beatu
quor. v. Media nocte surg
gebam ad confitendū t. lcō
Grās autem. v.
deo q̄ fuistis ser
ui peccati obedistis
autem ex corde in eam
formam doctrine in
qua traditi estis. R.
Custodi me dñe ut pupil
lam oculi. sub umbra a
lar tuar tuā protege me. v. Mira
fica misericordias tuas. qui sal
uos facis sperantes in te.
Sub umbra. lectio. vi.
Liberati autem
a peccato. serui
facti estis iustitie. R.
Diligam te dñe virtus mea.

dñs firmamentū meum t
refugiū meū. v. Laudans
inuocabo dnm. et ab inimi
cis meis saluus ero. Dñs.
Humanū lcō. vij.
dico propter infir
mitatem carnis vre.
Sicut enim exhibuistis
membra vra seruire i
mundicie et iniquita
ti ad iniquitatē. ita
nunc exhibete membra
vra seruire iustitie in
sanctificationē. R. Firmamē
tum meū et refugiū meū
et liberator meus. deus mus
adiutor mus. v. Protector mus
et cornu salutis mee. i suscep
tor mus. ds mus. lcō. vij.
Cum enim serui
essetis peccati.
liberi fuistis iustitie.
Que ergo fructū habuistis
tunc in illis in quib⁹ nunc eru
bescatis. Nam finis

illoꝝ mors est. ℟. Dñi ē
terra et plenitudo eī orbis
terrarꝝ et uniuersi q̄ habi
tant in eo. ℣. Ipse sup ma
ria fundauit eū. et super
flumina ꝑparauit eū. Et
uniuersi qui. Cantaī.
Te miserere nr̄i
te enim expecta
uimus. esto brachiū
nr̄m in mane. t salus
nr̄a in tempore tribu
lationis. Huoce an
gelu fugerunt ꝑpli. t
ab exaltatione tua
dispse sunt gentes.
Et congregabunt̄
spolia ur̄a sicut colli
gitur bruchus. uelut
cum fosse plene fue
rint de eo. ℣. agnifi
catus est dñs qm̄ hy
bitauit in excelso. im
pleuit syon iudicio et
iustitia. et erit fides t
temporibꝫ suis. ℣. Diui
tie salutis sapientia t
scientia. timoꝝ dñi ipe
thesaurus eius. Ec
ce audientes clamabunt
foris. angeli pacis a
mare flebunt. ℣. Usq
pdite sunt uie. cessauit
transiens ꝑ semitam.
irritum factum est
pactum. ꝓiecit ciui
tates. non reputauit
hominem. ℣. Luxit et
elanguit terra. cōfu
sus est lybanus t ob
sorduit. Et factus ē
saron sicut desertum.
et concussa est basan
et carmelus. ℣. Nunc
exurgam dicit dñs.
nunc exaltabor t nūc
sublimabor. Cantaī
Audite qui longe
estis quid fecerī
dicit dñs. et cognoscite

uicam fortitudinē me
am Conterrita sunt
in syon peccatores: pos
sedit timor ypocritas.
Quis poterit habita
re de uobis cū igne de
uorante: aut quis ha
bitabit ex uobis cum
ardoribz sempiternis.
Qui ambulat in iusti
tijs et loquit̄ ueritā
tem. qui picit auaria
am ex calumpnia: et
excutit manus suas
ab omni munere.
Qui obturat aures
suas ne audiat san
guinem: et claudit
oculos suos ne uideat
malum. Iste in excel
sis habitabit. muni
menta saxoꝝ sublimi
tas eius: panis ei da
tus est. aque eius fi
deles sunt Regem ī
decore suo uidebit. oculi
ei⁹ cernent terram
de longe. cor eius medita
bitur timorem. Cantic.
Miserere dñe plebi
tue. supꝙ quam ī
uocatum est nom̄ tuū:
et ista quem coequasti
primogenito tuo.
Miserere ciuitati sanc
tificationis tue ihrlm.
ciuitati requiei tue.
Reple syon ineffabi
libz uirtutibz tuis:
et gloria tua populū
tuū. Da testimoniū
quia ab initio creatu
re tue sunt: et suscita
ꝓphetas quos locu
ti sunt ī nomine tuo
ꝓphete pacem. Da
mercedem dñe sustinē
tibz te. ut ꝓphete tui
fideles inueniant̄: et
exaudi orationes ser-

uoꝝ tuoꝝ. S cd'm bñdcone
aaron da populo tuo:
et dirige nos in uiam
iustitie. Ut sciant
omnes qui habitant
terram: quia tu es ds
conspector sclor. A.
Alleluya. alla alla V. Exalta
re dne i ut. S' Iohannem.
In illo tpr: Die tercia
nuptie facte sunt in
chana galilee: et erat
mater dni ihu ibi. Et
reliqua. O. ven. Bede.
Quod dns noster
ac saluator ad
nuptias uocatus nō
solum uenire. sed et
miraculum ibidem q
conuiuas letificaret
facere dignatus est:
exceptis celestiū sac
mentoꝝ figuris. etiā
iuxta litteram fidē
recte credentiū cōfir-
mat. R. Ad te dne leuaui
animam meam. ds meus
in te confido n erubescam.
V. Neqꝫ irrideant me ini
mici mei. etenī uniuersi
qui sustinent te nō con
fundent. Ds ms. lcō. x.
Porro taciani et
marciani cetoꝝ
qꝫ qui nuptijs detra
hunt pfidia qm sit
dampnabilis insinu
at. R. Audiam dne uocē
laudis tue. ut enarrem
uniuersa mirabilia tua.
V. Dne dilexi decorem
domus tue. et locū habi
tationis glie tue. Ut eni.
Si enim lcō. xi.
Si thoro imacula
to et nuptijs debita
castitate celebratis
culpa inesset: neqꝫ
dns ad has uenire
nequaqꝫ eas signoꝝ

suoꝝ initijs consecrare
voluisset. R. Afflicti p
peccis nr̄is cotidie cū lac
rimis expectem⁹ finē nr̄m.
dolor cordis nr̄i ascendat
ad te dn̄e ut eruas nos a
malis que innouant̄ in
nobis. V. Dn̄e ds̄ isr̄l ex
audi p̄ces nr̄as. auribꝫ
pcipe dolorem cordis nr̄i.
Ut eruas nos. lc̄o xii.
Nunc autē quia
bona ē castitas
coniugalis. melior cō
tinentia uidualis. op
tima pfectio uirgina
lis. ad comprobandam
omniū electionē gra
duū. discernendū ta
men meritū singloꝝ.
ex intemerato matre
uirginis utero nasci
dignatus est: a pphe
tico anne uidue ore
mox natus benedicit.

a nuptiaꝝ celebratori
bꝫ iam iuuenis inui
tatur. et hos sue p̄sen
tia uirtutis honorat.
ſꝫ altiorem celestiū le
titiam figurat. R. Pec
cata mea dn̄e sicut sagit
te infixa sunt in me. ſꝫ
anteq̄ uulnera generent
in me. sana me dn̄e me
dicamento penitentie ds̄.
V. Qm̄ iniquitatē meā
ego cognosco. et delictū
meū coram me ē semp
tibi soli peccaui. ſꝫ anq̄.
R. Abscondi tanq̄ aurū
peccata mea. et celaui in
sinu meo iniquitatem
meam. miserere mei ds̄
scd̄m magnā miscd̄iā tuā
V. Tibi soli peccaui et
malū coram te feci. Miser̄e.
In illo tp̄r. S. Johem.
Nuptie facte sunt in
chana galilee: et erat

mater dñi ihu ibi vo
cat ℣ autem ihc et dis
cipuli eius ad nuptias.
℟ Et deficiente uino di
cit mater ihu ad eum
Vinum nõ habent ℟ Et
dicit ei ihc. ℟ Quid mi et
tibi est mulier? Nõdũ
uenit hora mea. Dicit
mater eius ministris.
℟ Quodcumq dixerit uo
bis facite. ℟ Erant autẽ
ibi lapidee ydrie sex po
site sc̃dm purificatio
nem iudeoꝝ capientes
singule metretas bi
nas uel ternas. Dicit
eis ihc. Implete ydrias
aqua. ℟ Et impleuerũt
eas usq ad summum.
℟ Et dicit eis ihc. Haurite
te nunc et ferte archi
triclino. ℟ Et tulerunt
Vt autẽ gustauit ar
chitriclinus aquã u
num factum et nõ sc̃e
bat unde esset ministri
autẽ sciebant qui hau
serant aquam uocat
sponsum architriclin?
et dicit ei. ℟ Omis homo
primũ bonũ uinum
ponit et cum inebria
ti fuerint tunc id qđ
deterius est. ℟ Tu autẽ
seruasti bonũ uinum
usq adhuc. ℟ Hoc fecit
initium signoꝝ ihc
chana galilee et ma
nifestauit gloriã suã.
℟ Et crediderunt in eũ
discipuli eius. Coll.
℟ Omnipc sempiterne
deus qui celestia
simul et terrena mo
deraris supplicationes
pplũ tuu clemẽt ex
audi et pacem tuam
nr̃is concede tempo
ribz. ℣ dñm. In. l. a.

Alla alla alla ps Miserere. A. Video uirũ similẽ filio dei confortantẽ pios in camino ignis. alla. A. Tres in fornace ignis deãbulabant et collaudabant dñm regem canentes ex uno ore ymnũ dicebant. benedict⁹ es ds. alleluya. ã. Bñdicite. a. Alla. alla. alla. ps Laudate dñm de celis. Benedictio capl'm. Benedictio et claritas et sapientia et grãz actio. honor. uirtus. et fortitudo deo nr̃o in secula sclo℞. am. R. Hec ẽ dies quã fecit dñs. V. Exultem⁹ et letemur in ea. Gla. ẏ. Eterne rex conditor. noctẽ diemq; qui regis et tempo℞ das tempora. ut alleues fastidium. Preco diei iam sonet. noctis pfunde puigil. nocturna lux uiantib; a nocte noctem segregans. Hoc excitatus lucifer soluit polum caligine hoc omnis erro℞ chor⁹ uiam nocendi deserit. Hoc nauta uires colligit. pontiq; mitescunt freta. hoc ipsa petra ecclesie canente culpam diluit. Surgam⁹ ẽ strenue. gallus iacentes excitat. et somnolentos increpat. gallus negantes arguit. Gallo canente spes redit. egris salus refunditr̃. mucro latronis conditr̃. lapsis fides reuertitr̃. Ihu labentes respice. ⁊ nos uidendo corrige. si respicis lapsi stabunt. fletuq; culpa soluitur. Tu lux refulge sensib;

mentisq; sompnū dic
cute · te nra uox pmū
sonet · et ore psallam⁹
tibi Pcā pater · ℣.
Dñs regnauit · Ad bñdcs x.
Nuptie facte sunt i cha
na galilee · et erat ibi ihc
cū maria matre sua · coll:
Omnpc · vt sup̄ · Ad · i · ℣?
Jam lucis orto · p̄s Bi
imact · In q̄ corus · Rectb.
Ata · alta · alta · Cāplm.
Regi autē seculoꝝ
immortali inuisi
bili · soli deo honoꝝ et
gla in scla sclorꝝ ām
Exurge dñe adiuua nos ·
Kyrieel · xpel · kyrieel · Pat
nostet · Credo in deū · Re
pleat̄ os meū laude · et c̄.
coll: Omnpc̄ sempit̄
ne dꝰ q̄ ded̄ fa · coll: in
Hac hora fest̄ scoꝝ ·
huius diei tua nos
q̄s die xcple mlodia:

ut p totum diem ex
ultantes in tuis lau
dibꝫ delectemur · p̄. ℣.
Precesa Introitus.
Omnis terra adoret
te deus et psallat
tibi · psalmū dicat nomi
ni tuo altissime · p̄s Jubi
late deo omnis terra · psal
mū dicate nomi eī · coll:
Omnpc · Folio p̄cedenti.
Rꝰ · Ad romanos.
Habentes dona
tiones scdm gr̄am que
data est nobis differ
tes · Sive pphetiam
scdm rationem fidei
Sive ministeriū · in
ministrando · Sive q̄
docet · in doctrina · Qui
exhortat̄ in exhortan
do · qui tribuit i sim
plicitate · qui p̄est in
sollicitudine · Qui mi
seret̄ in hylaritate ·

Dilectio sine simula
tione. Odientes malū
adherentes bono. Ca
ritatem fraternitatis
inuicem diligentes.
Honore inuicem pue
nientes. Sollicitudine
non pigri. Spū ferue
tes. dño seruientes.
Spe gaudentes. in tri
bulatione patientes.
Orationi instantes.
necessitatibz scōz com
municantes. Hospita
litatem sectantes. Be
nedicite psequentibz
uos. benedicite et no
lite maledicere. Gaude
re cū gaudentibz. flere
cū flentibz. Idipm
inuicem sentientes.
Non alta sapientes.
sz humilibz consentien
tes. Nolite dns ibū
sui et sanauit eos. et eri
puit eos de interitu eoz. Ps.
Confiteant dño misericor
et mirabilia eius filijs ho
minū. Alla. Ps. Laudate do
minū oēs angeli ei. lauda
te eum oēs uirtutes eius.

cxxxvi
Nuptie. sup ante l.
Jubilate deo uniuersa
terra. iubilate deo uniuersa
terra. psalmū dicite nomini
ei. uenite et audite. et nar
rabo uobis omnes qui ti
metis deum. quanta fecit
dñs aiume mee. Secr.
Oblata dñe mune
ra sanctifica. nos
q a peccatoz nīoz ma
culis emunda. p. Cō.
Dicat dñs. implete ydrias
aqua et ferte architclino.
dū gustasset architriclin
aquā uinū factum. dicat
sponso. seruasti uinum bo
tum usq adhuc. hoc signū
fecit ihc primum cana dis

cipulis suis. Post com-

Augeatur in nobis dñe qs tue uir-
tutis opatio: ut diui-
nis uegetati sacramẽ-
tis. ad eoz pmissa ca-
pienda tuo munere
ꝑparemur. ℣. Ad. iij. ℣.
℟. Nunc scè nobis spc-
pò Legem pone. x. Alla. al-
leluya alla. Capitm.

Deus caritas est
et qui manet in
caritate in deo manet
et deus in eo. ℣. Eso
dixi dñe miserere mei. coll.
Omnipc. ut sup. ad. vi.
℣. ℟. Rector potens.
pò Portio mea. x. Alla-
alla. alla. Capitulũ.

Heri alteri' onã
portate. et sic
adimplebitis legem
xpi. ℣. Domin' tecũ me
et nichil in deerit. coll.

Deus qui ospicis
nos omnipotẽtie
de studio intrinsecus exteri-
usq; custodi. ut et ab
omnibz aduersantibz
munianẽ in corpore
et a prauis cogitatio
nibz mundemur in
mente. ℣. Ad. tx. ℣.
℟. Rex deus tenax tu-
pò Defecit. x. Alla. alla.

Attpta eñ
estus precio mag
no. glorificate et por
tate deum in corpore
uro. ℣. Ab occultis meis.

Grẽ tue qs dñe supplicibz
tuis tribue largita-
tem: ut mandata tua
te opante sectantes
consolationem ꝑsen-
tis uite ꝑapiant et
future. ℣. Ad vesp.
Dixit dñs dño meo. sede

dextris meis. ps̄ Donec ponā
℟. Fidelia omnia mandata
eius. cōfirmata i sclm scli.
ps̄ Confitebor. ℟. In manda
tis eius uolet nimis. ps̄.
Beat⁹ uir. ℟. Sit nom̄ dñi
bñdictū in secula. ps̄ lauda
te pu. cap. Bñdict⁹ ds.
℟. Qm̄ magnificata sūt
opa tua dñe. ℣. Omnia i
sapientia fecisti repleta ē
terra. Cla. Qm̄. ymnus.

Lucis creator op
time lucē diez
p̄cipiens primordijs
lucis nouę mūdi pa
rans originē. Qui
mane iunctū uespe
rę diem uocari p̄cepis.
tetrum chaos illabit⁹
audi p̄ces cū laudibz.
Ne mens grauata
crimine uitę sit exul
munere dū nil phen
ne cogitat. sese q̄ cul

pis illigat. Quod
pulset intimū uitale
tollat p̄emiū. uitem⁹
omne noxiū. purgem⁹
omne pessimū. Pr̄ā
patrē. ℣. Purgat⁹ dñe.
ad. cl̄. ℟. Deficiente ui
no uulgit hr̄ impleri ydrias
aqua. que in uinum
conuīse sunt. alla. Jr̄ē. ℟.
Jmplete ydrias aqua. et i
pleuerunt eas usq; ad sūmum. dixitq; hr̄. haurite
nunc et ferte architclino
alla. Feria. iij. Jnuitat.
Venite exultem⁹ dño. ps̄.
Jubilem⁹. Ymnus.

Sompno refectis
artubz. sperno
cubilia surgim⁹. nobis
patrē canentibz adēte
poscam⁹. Que lin
gua p̄mū concinat te
mentis ardor ambiat
ut actuū sequentium

tu sce sis exordium.
Cedant tenebre lu
mini. et nox diurno
sideri. ut culpa quā
nox intulit. lucis la
bescat munere. Pre
camur idem supplices
noxas ut omnes am
putes. et ore te canen
tium laudetis imppe
tuum. Pcā pat. In
i. n. a. Rectos decet col
laudatio. ps Exultate.
Bndicā. a. Expugna im
pugnantes me. ps Iudica
dne. a. Spera in dno et fac
bonitatem. ps Noli emul.
Declina. a. Ne i ira tua
arguas me dne. ps Dne
ne in furore. V. Dne i ce
lo miscdia tua. lcō pma.
Frs. notū uobis
facio qd nemo i
spū dei loquens dicit
anathema ihu. R.

Qm magna multitudo
dulcedinis tue dne. quam
abscondisti timentibz te.
V. Pfecisti autem eis qui
sperant in te dne. in con
spectu filioz hominū. Quā.
Et nemo lectio. ij.
potest dicere dns
ihc. nisi in spū sancto.
Diuisiones uero grāz
sunt. idem autē sps. R.
Benedicā dnm in omi tem
pore. semp laus eius i ore
meo. V. In dno laudabitur
anima mea. audiāt man
sueti et letent. Semper.
Et diuisio lcō. iij.
nes ministra
tionum sunt. idem
autem dns. Et diui
siones opationū sūt.
idem u deus. qui ope
ratur omnia i omibz.
R. Delectare in dno i da
bit tibi petitiones cordis

tui. V. Reuela dño uiã tuã
et spa in eo. Et dabit t. In
ij. n. ext. lxx. a. Alla. alla.
In lxx. a. Vt nõ delinquã
in lingua mea. ps. Dixi custo
diã. Expectans. a. Sana
dñe animã meam. quia
peccaui t. ps. Bõs q intell.
Quadmodũ. a. Eructauit
cor meũ ũbum bonũ. ps.
Ds auribz. Eruct. Cap.
Vigilate. state in fi
de. uiriliter agi
te et confortamini.
omnia uřa in carita
te fiant. V. Ego dixi do
mine miserere mei. Coll.
Illumina qs dñe in te
corda credentium. ut
tuo semp munimi
ne et tuo auxilio pte
gamur. P. In l. a.
Miserere mei deus. ps.
Scdm magnã. a. In
tellige clamorẽ meũ dñe.

ps. Vba mea. a. Dñe i celo
misericia tua. ps. Dixit iniust?
a. Conuisus est furor tuus
dñe. et consolat9 es me. cc.
Confitebor. a. In excelsis
laudate deũ. ps. Laudate d.
Nox pre Caplm.
cessit. dies autẽ
appropinquauit. abi
ciamus g opera tene
brar et induamr ar
ma lucis. sic ut i die
honeste ambulem9. R.
Dñe in celo misericia tua.
V. Et ueritas tua usqz ad
nubes. Gla pri. ymn9.
Splendor patrie
glorie. de luce lu
cem pferens. lux lucis
et fons luminis. dies
diem illuminans.
Verusqz sol illabere
micans nitore ppeti
iubarqz sci spc infun
de nris sensibz. Votis

uocemus te patrem.
patrem potentis glorie
patrem potentis gratie
culpam religet lubri
cam. Informet actus
strenuos. dentem re
tundat inuidi. casus
secundet asperos. do
net gerendi gratiam.
Mentem gubernet
et regat casto fideli
corpore. fides calore
ferueat. fraudis ue
nena nesciat. Christusque
nobis sit cibus. potusque
noster sit fides. leti bi
bamus sobriam ebrie
tatem spiritus. Letus dies
hic transeat. pudor sit
ut diluculum. fides
uelut meridies. cre
pusculum mens nesciat.
Aurora cursus pro
hit. aurora totus prode
at. in patre totus filius

et totus in uerbo pater.
Deo patri. V. In matuti
nis domine. Ad B. an. Bene
dictus deus israel. Coll. ut s.
ad .i. an. Seruite domino
in timore. Capitulum.
Pacem et ueritatem diligite: di
cit dominus omnipotens. V. Exur
ge domine adiuua nos. kyriel.
christe. kyrie. pater noster. Collecta.
Domine deus qui ad
principium huius
diei nos peruenire fe
cisti. tua nos hodie
salua uirtute: ut in
hac die ad nullum de
clinemus peccatum
sed semper ad tuam iusti
tiam faciendam nostra
procedant eloquia. di
rigantur cogitationes
et opera. Per. Ad .iij. an.
Adiuua me et saluus ero
domine. ps. Lucerna ped. Iniqs.

fra iud. Capitulum·

Sana me dñe et sanabor·saluū me fac et saluus ero· quōm laus mea tu es·℣· Adiutor mūs esto dñe ne dēr·

Subueniat coll· nobis qs dñe miscdia tua·ut ab ī mimentibz peccatoz nōz ꝓcaulis·te mēa mur ꝓtegent saluā ri·ꝑ dnm· Ad·vī·a· Aspice in me dnine·t mi sere mei·ꝑs Mirabilia· iust' es·Clamau· capt'm· Alter altius onā portate·et sic adimplebitis legem xpi·℣· Dās tegit me et Dox cla coll'a· mantis ecclie ad aures dñe qs tue ꝓcatus ascendat·ut ꝓcepta uenia pcōz·

te fiat opatrīx deuota te ꝓtegente secura·ꝑ· Ad nonā·a· Fiat man tua dñe ut saluū me faciat·qa man data tua concupiui· ꝑs· Vide humil· ꝓmacpes·ap ꝓpinquet dep· Capt'm· Empta enī estis ꝓcio magno·glifficate et portate deum in corpore uō·℣· Ab oc cultis meis mūda me dñe Scoptiate coll'a· dñe supplicatio nibz nīis·et animaz nīaz medere languo ribz·ut remissione ꝓcepta·in tua semp benedictione letemur· ꝑ dnm· Ad vesp· a· Nos qui uiuim bñdica mꝰ dño·ꝑs In exitu isr'· a· Facta est iudea scīficatio eius·ꝑs In exitu·a· Inclinauit dns aurē suam m·

℣ Dilexi qñ. ℟. Laudate dominum omnes gentes ℣ Credidi. Laudate. ℟. Benedixim⁹ uobis in nõie dñi. ℣ Sepe expug. Caplm.

Benedictus deus ℣ pat⁹ ℟ Adiutoriũ nr̃m in nõie dñi. ℣. Qui fecit celum et terram. Cl̃a p̃ri. Immense celi conditor qui mixta ne confunderent aque fluenta diuidens celum dedisti limitem. Humano locum celestibz simul q̃ terre cunctis ut unda flammas temperet terre solum ne disipet. Infũde nũc pijssime donum pacis gr̃e. gaudia noue ne cassibz nos error attrahat uetus. Lucem fides inueniat sic lubricus ferat

hec uana cuncta terreat. hanc falsa nulla comprimant Pr̃a p̃r̃.

℣. Diriget dñe. Ad. ℣. ℟. Magnificat anima mea dñm. qua respexit dõs humilitatem meam. Ky. ij. Iubilat Iubilem⁹ deo salutari nr̃o. ℣ Venite. Imn⁹

Creator patrum luminis. lux q̃ fe lucis et dies. nocte canendo triumpim⁹ ad sistre postulantibz. Auser tenebras mentium. fuga cateruas demoniũ. expelle sõp nolentiam ne pigri tantes obruat. Sic xp̃e nobis omnibz indulgens credentibz. ut p̃sit exorantibus quod p̃canentes psallimus. Pr̃a pat. In

℣. i. ℟. Adiuua in tribu

. lationibz.

lationibȝ· ps Ds nr· Omnes gentes· a· Magnus dn̄s et laudabilis nimis· ps̄· In ci uitate· ps Audite hec. a· Deus deoꝝ dn̄s locut̄ ē· ps. et uocauit· Qd gl̃aris· V. Inmola deo sacrif· l. lc̄o· i.

FRs· si linguis ho minū loquar et angeloꝝ· caritatē aūt non habeam· factus sum uelut es sonans aut cimbalum tinni ens· R Auribȝ ꝑcipe do mine lacrimas meas· ne sileas a me· remitte m̄ qm̄ incola ego sum apud te et ꝑegrinus· V Dixi custodiam uias meas· ut nō delinquā ī lingua mea· Ne sileas qm̄. lc̄o· ii.

Et si habuero pro phetiam· et no uerim mysteria om nia· et omnē sciām.

et si habuero omnē fi dem ita ut montes tr̄ns feram· caritatē autē non habeam: nichil sū. R. Statuit dn̄s supra pe tram pedes meos ꝛ direxit gressus meos deus m̄s· et inmisit in os meū canti cum nouū· V Expectans expectaui dn̄m ꝛ respexit me· Et īmisit. lc̄o· iii.

Et si distribuero in cibos paupe rum omnes faculta tes meas· et si tradide ro corpus meū· ita ut ardeam. caritatē aūt non habuero: nichil m̄ ꝓdest· R Ego dixi do mine miserere mei· sana animam meā quia pec caui tibi· V. Dn̄e ne in ira tua arguas me· neqȝ in furore tuo corripias me· Sana aīām. In· ii· n.

ext. lxx. a. Alla. alla. all.
In lxx. a. Auertet dns captiuitatem plebis sue. ps. Dixit insipiens. Ds in noie. a. Intende in me et exaudi me dne. ps. Exaudi ds or. m. et ne despex. Misere m. ds. qm conf. a. Iuste iudicate filii hominu. ps. Si uere. Eripe me. cap. Vigilate. V. Ds uita meam. Coll. Illumina qs dne tenebras nras: et totius noctis insidias tu a nobis repelle ppitius. P dnm. In laudib. a. Scdm magnā miscdiā tuam miserere mi ds. ps. Misere. a. Salutare uultus mei deus ms. ps. Iudica me ds. a. Qm in te confidit anima mea. ps. Misere. a. Cunctis dieb uite nre saluos nos fac dne. ct. Ego dixi. a. Oms angeli ei lau

date dnm. ps. Laud. capl'm. Nox pcessit. R. Miserere mei deus miserere mei. V. Qm in te confidit aia mea. Gla. Ales diei ymnus. Nuntius lucem ppinquam precinit. nos excitator mentiu iam xpc ad uitā uocat. Auferte clamat lectulos. egros sopore desides. castiq recti ac sobrii. uigilate iam sum pximus. Ihm ciam uocib. flentes precantes sobrie. intenta supplicatio dormire cor mundum uetet. Tu xpe somnium dissice. tu rumpe noctis uincula. tu solue peccatu uetus. nouuq lumen ingere. Pra pat. V. In matutinis dne. Ad B. a. Erexit dns nobis cor

nu salutis in domo dauid
pueri sui. Ad .i. a. Dñe
deus meus in te speraui. ps.
Saluū me fac. Dñe dñs nr̄.
cxli
Confitebor. Cap. Pacem
et ueritatē. V. Exurge do
mine adiuua nos. Ad iij. a.
Clamaui et exaudiuit me.
ps. Ad dñm. Leuaui. Letatus.
cxli
cap. Sana me dñe. R.
Adiutor meus esto dñe ne.
Deus inno Collēa.
centie restitutor
et amator dirige ad
te tuorum corda seruorum:
ut spc̄ tui feruore cō
cepto et in fide inue
niantur stabiles et
in opere efficaces. P.
dñm. eiusdē. Ad vj. a. Qui
habitas in celis miserere
nobis. ps. Ad te leuaui. coll'.
Da nobis qs dñe
perseuerantem i
tua uoluntate famu

latum: ut in diebus
nr̄is et merito et nu
mero populus tibi ser
uiens augeatur. P.
Ad ix. a. Facti sumus
sicut consolati. ps. In conu̇.
Propitiare coll'.
dñe iniquitati
bus nr̄is et exorabilis
tuis esto supplicibus:
ut concessa uenia quā
peccamus perpetuo mi
sericordie tue munere glo
riemur. P. Ad vesp. a.
De profundis clamaui ad
te dñe. ps. a. Speret isr'
isr' in dño. ps. Dñe nō est
a. Et omīs mansuetudīs
eius. ps. Memento. a. Ecce
qm̄ bonū et q̄ iocūdū. ps.
Telluris ymnus.
ingens conditor
mundi solū qui eru
ens pulsis aque mo
lestiis terram dedisti

immobilem. Ut ger
men aptum pferens
fulvis decora florib; fe
cunda fructu sisteret
pastuumq; gratum red
deret. Mentis puste
vulnera munda vi
gore gr̄e. ut facta fle
tu diluat. motusq; pra
vos atterat. Iussis
tuis obtempet. nulli
malis approximet. bo
nis repleri gaudeat.
et mortis actū nesciat.
P̄ra pat̄. Ad mag̃. a̅.
In deo salutari meo exul
tavit sp̄c m̄s. Fer̄ iiij. Invit.
In manu tua dn̄e omnes
fines terre. p̄s Venite. ẏ.
Rex creator opti
me. rectorq; rer̄
aspice. nos a quiete
noxia. mersos sopore
libera. Te xp̄e sc̄e
poscimus. ignosce tu

criminib;. Ad confiten
dum surgimus. mo
rasq; noctis rumpim̄.
Mentes manusq; tol
limus. pphēta sicut
noctib; nobis gerendū
precepit. paulusq; ges
tis censuit. Vides ma
lum quod gessim̄. occul
ta n̄ra pandim̄. preces
gementes fundimus.
dimitte quod peccavi
mus. P̄ra pater. In
i. n. a̅. Da nobis domi
ne auxiliū de tribulatio
ne. p̄s Ds̄ repul̄. Exaudi
ds̄ dep̄. a̅. Benedicite gen
tes deum n̄r̄m. p̄s Nonne
deo. Iubilate. a̅. In ecclijs
benedicite dn̄o. p̄s Exurgat.
Bn̄dict̄. V̄. Bn̄dicite gentes
deum n̄r̄m. lc̄o p̄ma.
Rs. non omnis
caro eadem caro.
s; alia hominū. alia

pecoꝝ· alia uolucrum·
alia autem piscium· R̷
Ne perdideris me dn̄e cū ini
quitatibꝫ meis· neqꝫ in fi
nem iratus reserues mala
mea· V̷. Miserere mei d̄s.
miserere mei· qm̄ in te cō
fidit anima mea· Neqꝫ ī.
Et corpora lc̄o· ij.
celestia· et corpora
terrestria· Sed alia q̇
dem celestium gloria·
alia autem terrestriū·
Alia claritas solis· alia
claritas lune· alia cla
ritas stellaꝝ· R̷ Para
tum cor meū d̄s paratū
cor meū· cantabo et psal
mū dicam dn̄o· V̷. Exur
ge gloria mea· exurge psal
teriū et cythara· exurgā
diluculo· Cantabo· lc̄o iij.
Stella enī a stella
differt in clarita
te· sic et resurrectio
mortuoꝝ· R̷ Adiutor m̄s
tibi psallam· quia deus
susceptor m̄s es· d̄s meus
misericordia mea· V̷ Eripe me
de inimicis meis d̄s meus
et ab insurgentibꝫ in me
libera me. D̄s m̄s. In ij. n̄.
ēt· lxx· aᷓ· Alla· alla· In
lxx· aᷓ· Querite dn̄m et
uiuet anima ur̄a· ps̄ Sal
uū me fac· Exaudi me· aᷓ
Dn̄e d̄s in adiutoriū me
um intende· Ipm̄· In te
dn̄e· aᷓ Qm̄ bonus deus
isrl'· ps̄ D̄s iudiciū· Qm̄
bonus isrl'· V̷ Gaudebūt
labia mea. Collecta·
Tua nos dn̄e ueri
tas semp illumi
net· et ab omni prau
tate defendat· P. In l'· aᷓ
Amplius laua me
dn̄e ab iniustitia
mea· ps̄ Miserere· aᷓ A timo
re inimici eripe dn̄e ani

nam meam. ps. Exaudi d's or.
meã cũ dep. a. Te decet ymn'
deus in syon. Ips̃n. a. Dñs iu
dicabit fines terre. a. Exul
tauit. a. Celi celoꝝ laudate
deum. ps. laud'. R. Exaudi
nos d's salutaris nr̃. V. Spes
omnuũ finiũ terre. i in ma
ri longe. Gl'a. Ymnus.
Nox et tenebre et
nubila confusa
mundi et turbida
lux intrat. albescit po
lus. xp̃c uenit discedi
te. Caligo terre scin
ditur pcussa solis spi
culo. rebꝫq iam color
redit uultu nitentis
syderis. Te xp̃e solũ
nouimus. te mente
meam· ſꝫ ego pono eam·
et iterũ sumo eam· coll.
Proficiat qs̃ dñe
plebs tibi dicata·
pie deuotionis affectu·
ut sacris actionibꝫ eru-
dita· quanto maiestati
tue sit gratior· tanto
donis potioribꝫ augeat̃.
p. dñm. Introitus.
Miserere m̃ dñe qm̃
tribulor· libà me
et eripe me de manibꝫ ini-
micor̃ meor̃ et a p̄sequẽ-
tibꝫ me· dñe nõ ꝯfundar
qm̃ inuocaui te· ps. In te
dñe speraui ñ ꝯfũdar· coll.
Proficiat qs̃ dñe· lc̃o
In diebꝫ ill. Sermone p̄phe.
Dixerunt impii iudei
ad inuicem· Uenite co-
gitem⁹ contra iustũ co-
gitationes· non enim
peribit lex a sacerdote·
neqꝫ consiliũ a sapien-
te· nec sermo a p̄pheta.

Venite et pcutiam⁹ eū lingua: et non attendamus ad uniuersos sermones eius. Attende dn̄e ad me. et audi uoces aduersarioꝝ meoꝝ: nūquid redditᷣ ꝓ bono malum? Quia foderunt foueam anime mee. Recordare qd̄ steterim ī conspectu tuo ut loquerer ꝓ eis bonum: et auerterem indignationem tuam ab eis. Proptera da filios eoꝝ in famē: et deduc eos in man⁹ gladij. Fiant uxores eoꝝ absq₃ liberis et uidue: et uiri eaꝝ interficiantᷣ morte. Iuuenes eoꝝ confodiantur gladio in prelio: et audiatᷣ clamor de domibꝫ eoꝝ. Adduces enim sup eos latrones repente: quia foderūt foueam ut caperent me et laqueos absconderūt pedibꝫ meis. Tu autē dn̄e scis omne consilium eoꝝ adu̾sum me in mortem: ne ꝓpitieris iniquitati eoꝝ. et peccatū eoꝝ a facie tua non deleatᷣ. Fiant corruentes in ꝯspectu tuo in tempore furoris tui. dn̄e ds̄ ms. Gr.

Pacifice loquebantᷣ m̄ inimici mei. et in ira molesti erant m̄. ℣. Vidisti dn̄e ne sileas. ne discedas a me. Scd̄m Johannē.

In illo tp̄e: Dixit dn̄s ihc̄ discipulis suis: et turbis iudeoꝝ. Amen amen dico uobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis

bibertis et sanguinē
non habebitis uitam
in uobis · Qui mandu
cat meam carnem et
bibit meū sanguinē
habet uitam eternā.
Et ego resuscitabo e
um in nouissimo die
Caro enim mea uere
est cibus: et sanguis
meus uere est potus.
Qui manducat meā
carnē et bibit meū
sanguinē: in me ma
net et ego in illo. Si
cut misit me pater
uiuens: et ego uiuo
ppter patrem. Et q̄
manducat me: et ipe
uiuet ppter me. Hic
est panis qui de celo
descendit. Non sicut
manducauerunt pa
tres tui manna: et
mortui sunt. Qui
manducat hunc pane
uiuet in eternū. Hec
dixit ihc in synagoga
docens in capharnaū.
Multi autē audientes
ex discipulis eius: dixe
runt. Durus est hic
sermo. Quis potest e
um audire? Sciens
autem ihc apud semet
ipm qd murmurarēt
de hoc discipuli ei: dix
it eis. Hoc uos scanda
lizat? Cum ergo uideri
tis filium hominis
ascendentem ubi erat
prius? Spiritus est qui
uiuificat: caro nō prodest
quicq̄. Verba que ego
locutus sum uobis:
spiritus et uita sunt.
Sed sunt quidam ex
uobis: qui non credūt.
Sciebat enim ab initio
ihc qui essent credentes:

et quis traditur esset
eum. Et dicebat. Propterea
dixi uobis: quia nemo
potest uenire ad me:
nisi fuerit ei datum a
patre meo. Ex hoc
multi discipulorum ei
abierunt retro: et iam
cum illo non ambulabant.
Dixit ergo ihc ad duo
decim. Numquid et uos
uultis abire? Respon
dit ergo ei symon pe
trus. Dñe. ad quem
ibimus? Verba uite
eterne habes. Et nos
credidimus et cognoui
mus: quia tu es xpc
filius dei. Respondit
eis ihc. Nonne ego uos
duodecim elegi? Et
unus ex uobis diabo
lus est. Dicebat enim
de iuda symone scario
the. Hic enim erat tra
dicturus eum: cum esset
unus de duodecim. Off.
Benedictus es dñe doce
me iustificationes tuas.
et nō tradas calumpnian
tibz me superbi. Respon
debo expectantibz michi
uerbum. Secreta
Cunctis nos qs
dñe creatibz et placatus
propitiatus absolue: qs
tanta mysteria tribui
esse consortes. P. Cō.
Ne tradideris me in
animas tribulantium
me dñe quia insurrexe
runt in me testes iniq
et mentita est iniquitas sibi.
Diuini post cō.
munera sacra
ti largitate qs dñe de
tur: ut hui parcipa
tione uiuamus. P.
Queat sup ppli
qs dñe dexte

tua ppli'm.

tua ꝑp̄l'm deꝓcantem·
et purificatū dignaret̃
erudiat: ut consolatio
ne p̄senti ad futura
bona ꝑficiat· p· Dōc in
ramis palmaꝝ sc̄ ps̄· x·
cxxxiii
Regnū tuū· Capl'm·
Hoc sentite in uo
bis quod et in
xp̄o ih̄u: qui cum ī for
ma dei esset· non rapi
nam arbitratus ē esse
se equalem deo· ſȝ semꝫ
ip̄m exinaniuit· for
mam serui accipiens
in similitudinem ho
minū factus· et habi
tu inuent' ut homo·
cclxxxii cclxiii
R̷ Frēs mei· ẏ Vexilla regis.
V̷ Eripe me· Ad mag̃· a·
Clarifica me pater apud
temetip̄m claritate quā
habui ꝑusq̄ mūd' fieret
Omnip̄c sempi coll'
eterne deus· qui

cclxxxi

humano generi ad imi
tandum humilitatis
exemplum saluatorem
nr̄m carnem sumere
et crucem subire feci
sti: concede ꝑpitius ut
et patientie ipsius
habere documenta· et
resurrectionis gloria
mereamur· p· eundē·
Inuit· Ipsi uero ñ cogno
uerunt uias meas quibꝫ
iuraui in ira mea si intro
bunt in requiem meā· ps·
cxxxiii
Venite· a· Dn̄e ī uirtute
V̷ Intende aīe mee· lcō· j·
Verbum qđ factū
est ad iheremiam
a dn̄o dicens· Surge ⁊
descende in domū figu
li: et ibi audies uerba
mea· R̷ In die qua īuo
caui te dn̄e· dixisti noli ti
mere· iudicasti causā me
am ⁊ liberasti me deus m̄s·

℣ Audisti obprbria eorum dñe
et omnes cogitationes eorum
aduersum me. Judicasti. lcō .ij.

Et descendi in do-
mum figuli: et
ecce ipse faciebat opus
sup rotam. Et dissipa
tum est uas quod ipe
faciebat e luto mani
bz suis. ℟ Frēs mei elon
gauerunt a me. et noti
mei quasi alieni recesserunt
a me. ℣ Dereliquerunt
me proximi mei. et qui me
nouerunt. Quasi. lcō .iij.

Conuersus qz fecit
illud uas alte
rum: sicut placuerat
in oculis eius ut fa
ceret. ℟ Attende dñe
ad me et audi uoces adu
sariorum meorum. nūqd reddi
tur pro bono malū quia fo
derunt foueā aīe mee. ℣
Recordare qd steterim in
conspectu tuo ut loquerer
pro eis bonū. et auerterem
indignationem tuam ab
eis. Nūquid. lcō .iiij.

Et factum ē uer
bum dñi ad me
dicens. Numqd sicut
figulus iste nō potero
facere uobis domus
isrl' ait dñs: Ecce sicut
lutum in manu figu
li: sic uos ī manu mea
domus isrl'. ℟ Condu
xit uias meas inimicus
insidiator factus est in
sicut leo in abscondito.
repleuit et inebriauit
me amaritudine. deduxe
rūt in lacū mortis uitā
meam. et posuerūt lapi
dem contra me. Uide dñe
iniquitatē illorum. et iudi
ca causam anime mee. ℣
Factus sum in derisum
omni ppl'o. canticū eorum

tota die. Vide dñe. Iõ. V.

Repente loquar
aduersus gentẽ
et aduersus regnum.
ut eradicem t destruam
et dissꝑdam illud. ℟.
Saluũ me fac deus qm̃
intrauerunt aque usq;
ad animam meã. ñ auer-
tas faciem tuã a me. qm̃
tribulor exaudi me dñs mꝰ.
℣. Intende anime mee t
libera eam. ꝓp inimicos
meos eripe me. Qm̃ t̃bul.

Si peni Iõ. VI.
tentiam egerit
gens illa a malo suo
quod locutus sum ad-
uersus eam. agam t
ego penitentiã sup
malo quod cogitaui
ut facerem ei. ℟. Nolu
e ñ die alieñ. parce ñ
in die mala. confundan-
tur omnes qui me ꝑse-

cdxxxii

quunt̃ et ñ confundar ego.
℣. Confundant̃ omnes
inimici mei qui querũt
animã meã ut auferant
eam. Et ñ confundar. I. Vij.

Et subito loquar
de gente t regno.
ut edificem et plantẽ
illud. ℟. Ingrediente dño
in scam ciuitatem hebre
oꝝ pueri resurrectionẽ
uite ꝓnunciantes. cũ ra-
mis palmaꝝ osanna cla-
mabant in excelsis. ℣.
Cumq; audisset popul⁹
qui ihc uenit ihersolu-
mam. exierunt obuiã ei.
Cũ ramis pal. Iõ. VIij.

Si fecerit malũ
in oculis meis
ut non audiat uocẽ
meam. penitentiam
agam sup bono quod
locutus sum ut face-
rem ei. ℟. Contumelias

et terrores passus sum ab
eis. qui erant pacifici mei
et custodientes lat' meu
dicentes. decipiam' eum et
p'ualeam' illi. sed tu dne
mecu es tanq' bellator for
tis. cadant in obprobrium
sempiternu. et uidea uin
dictam in eis. quia tibi
reuelaui causam mea.
V Omnes inimici mei
aduersum me cogitabant
mala m. uerbu iniquu
mandauerut aduersu me.
Dicentes. Ad . ce . Ant.
Osanna filio dauid. bene
dictus qui uenit in noie
dni rex isrl' osanna in ex
ce. clxxxviii
celsis. Scdm matheum.
In illo tpr. Cum appro
pinquassent ierroso
limis et uenissent
bethfage ad montem
oliueti. tunc domin'
ihc misit duos disci
pulos suos. dicens eis.
Ite in castellum quod
contra uos est. et sta
tim inuenietis asina
alligatam et pullu
cu ea. Soluite et addu
cite m. Et rex. Ven. bede.
Mediator dei et ho
minu homo
xpc ihc. qui pro hu
mani generis salu
te passurus de celo
descenderat ad tras.
appropinquante ho
ra passionis. appro
pinquare uoluit lo
co passionis. ut etia
p hoc claresceret qa
non inuitus s3 spon
te pateret. R. Ne au
tas faciem tua a puero
tuo dne. qm tribulor ue
locit' exaudi me. V In
tende anime mee et liba
eam. pp̄ter inimicos me

os eripe me. Qm̄ tri-
In asino uenire lcō. x.
et a turbis rex ap-
pellari ac laudari
uoluit: ut etiam p
hoc eruditus quisq3
cognosceret ipm̄ esse
xpm̄. quem sic illo
uenturū prophetia o-
lim p̄missa signaue-
rat. R. Obprobriū fact9
sum inimicis meis. uide-
runt me et mouerunt
capita sua. Adiuua me
dn̄e deus m̄s. V. Insur-
rexerunt in me uiri ini-
qui absq3 misericordia. Adiuua.
Ante qnq3 lcō xi.
dies pasche ue-
nire uoluit sicut ex
iohannis euuange-
lio didicim9. ut etiam
p hoc ostenderet se ēē
agnū īmaculatum.
qui peccata tolleret
mundi. R. Synagoga po-
puloꝝ circuīdederunt me
et non reddidi retribuen-
tib3 m̄ mala. consumet̃
dn̄e nequitia peccatoꝝ et
diriges iustū. V. Iudica
me dn̄e scdm iustitiam
meam et scdm innocen-
tiam meā sup me. Consu-
metur neq̄tia. lectio xii.
Agnus quippe
paschalis. cui9
imolatione populus
isrl' ab egiptia serui-
tute liberatus ante
quinq3 dies pasche
idest decima luna do-
mū inferri. (et) ipso die
pasche. idest quarta
decima luna ad ues-
perū iussus est īmo-
lari: significans eū
qui nos suo sangui-
ne redemptur9 ante
quinq3 dies pasche.

rdeſt hodierno die mag
no ꝓcedentiũ ſequen
tiũq; ꝓpoꝛ gaudio
ac laudatione deduct⁹
uenit in templũ dei
et erat cotidie docens
in templo. ℟ Inſur
rexerunt in me uiri iu
qui abſq; miſeꝛia·quelie
runt me interficeꝛe·t nõ
pepeꝛcerunt in faciẽ meã
ſpueꝛe·et lanceis ſuis
uulneꝛauerũt me·t con
cuſſa ſunt omnia oſſa
mea·ego autẽ eſtimabã
me tanq; moꝛtuũ ſup
terram. ℣ Et dederunt
in eſcam meam fel·et in
ſiti mea potauerũt me
aceto. Ego autẽ. ℟ Dñs
mecũ eſt tanq; bellatoꝛ
foꝛtis·ꝓpterea ꝓcedant ex
me·et intelligeꝛe non po
tuerunt·dñe probans te
tes et coꝛda tibi reuela

ui cauſam meam. ℣.
Tu autẽ dñe ſabaoth
qui iudicas iuſte et pro
bas renes et coꝛda·uide
am queſo ultionẽ tuã
ex eis. Tibi reuelaui. ℟
Dixerunt impij apud
ſe non recte cogitantes.
circũueniamꝰ iuſtũ qm̃
contrarius eſt operibꝫ
nr̃is·ꝓmittit ſe ſcientiã
dei habeꝛe·filiũ dei ſe no
minat·et gloriatꝰ patrẽ
ſe habeꝛe dei·videamꝰ ſi
ſermones illius ueri
ſint·et ſi eſt uere filius
dei liberet illũ de manu
bꝫ nr̃is·morte turpiſſi
ma ꝯdemnemꝰ eum. ℣.
Tanq; nugaces eſtima
ti ſumꝰ ab illo·t abſtinet
ſe a uijs nr̃is tanq; ab
mundicijs·videamꝰ. ℟
Vani impij dixerunt op
primamꝰ uirũ iuſtum

inuiste et deglutiamꝰ eū tanq̄ inferi uiuū. Aufe ramus memoriā illius de terra. et de spolijs illiꝰ sortem mittamꝰ intʳ nos. Ipsi enī homicide thesau rizauerunt sibi malum. insipientes et maligni oderunt sapientiā ⁊ uer facti sunt in cogitatio nibꝫ suis. V. Hec cogita uerunt et errauerunt. excecauit enī illos mali tia eorꝫ. Et uer. R. Deus isrlꝰ ꝓpter te sustinui im properiū. operuit reueren tia faciem meam. extra neus factus sum fr̄ibꝫ meis. et hospes filijs ma tris mee. qm̄ zelus domꝰ tue comedit me. V. Impe ria impꝑantiū tibi ce ciderunt sup me. Qm̄ ze. In illo tp̄r. S. mathei.

Cum appropinquas sent therosolimis. et uenissent bethfage ad montem oliueti. tunc dn̄s ih̄c misit duos discipulos suos dicens illis. Ite in cas tellum quod contra uos est. et statim in uenietis asinam alli gatam. et pullū cū ea. Soluite et adducite m. Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dn̄s hijs opus habet. et confestim di mittet eos. Hoc autē totum factum est. ut adimpleretʳ quod dic tum est ꝑ ꝓpham di centem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetꝰ. sedens sup asinam et pullum filiū sub iugalis. Euntes autē

discipuli fecerũt sicut
ꝓcepat illis ihc. Et ad
duxerunt asinam et
pullum: et imposue
runt sup eos uestimẽ
ta sua: et eum desup
sedere fecerunt. Plu
rima autem turba:
strauerunt uestimenta
sua in uia. Alÿ cede
bant ramos de arbo
ribꝫ: et sternebant i
uia. Turbe autem
que ꝓcedebant t que
sequebantꝫ clamabãt
dicentes. Osanna fi
lio dauid: benedict
qui uenit in nomie
dñi. amen. Collã.
Omꝑe sempiterne
deus

mine dñi benedicabo te
eis. ℟ Judica causã meã
defende cum potens es
dñe. ℟ Cũ anglis t pue
tis fidelis inuocantur
triumphatori mortis cla
mantes osanna in excel
sis. ℟ Confundant̃ qui
me ꝑsequunt̃ et nõ con
fundar ego dñe dõ mis.
cclxxvi
cap Hoc sentite. ℟
Principes ꝑsecuti sunt
me gratis et a uerbis tu
is formidauit cor meũ le
tabor ego sup eloquia tua.
℣ Quasi qui inuenit spo
lia multa. Letabor ego.
cclxvii
℣ Lustra lex. ℟ Deuer
tit in escam meã. Ad. ℣. ℟
Turba multa que con
uenerat ad diem festum
clamabat dño. benedictꝰ
qui uenit in nomĩe dñi
osanna in excelsis. Oꝶ
Omꝑe sempiterne

Ad. 1. A Pueri hebreor
tollentes ramos olyuaz
obuiauerunt dño cla
mantes et dicentes osa
na in excelsis. Intrōit
Ne longe facias
auxiliū tuū
a me. ad defensionē meā
aspice. libera me de ore leo
nis. et a cornibz unicornium
humilitatē meā. ℣. Ne
Ne ds ms relinquas. coll.
Omne sempiterne
deus qui humā
no generi ad imitan
dum humilitatis ex
emplum. saluatorem
nm carnem sumere
et crucem subire fe
cisti: concede ppicius
ut et patientie ipsi⁹
habere documenta t
resurrectionis consor
tia meream. ℣. eunde
dnm. Ad philippenses.

Hꝛs. Hoc sentite
in uobis. quod
et in xp̄o ihu. Q̄ cum
in forma dei esset. nō
rapinam arbitratus
est esse se equalem deo.
sed semetip̄m exinanu
it formam serui ac
cipiens. in similitu
dinem hominū factꝰ
et habitu inuentus
ut homo. Humilia
uit semetip̄m factus
obediens usq; ad mor
tem. mortem autem
crucis. Propt̄ quod
et deus illum exalta
uit et donauit illi no
men quod est super
omne nomen. ut in
nomine ihu omne ge
nu flectatur. celestiū
terrestriū et infernor.
Et omnis lingua cō
fiteatur. quia dominꝰ

uhc xp̄c in gl'a est dei pa
tris. ℟. Tenuisti ma
nū dexteram meam et in
uoluntate tua deduxisti
me. et cū gloria assūpsisti
me. ℣. Qm̄ bonus isr'
deus. rectis corde. mei pene
moti sunt pedes. pene ef
fusi sunt gressus mei. qa
zelaui in peccatoribz pa
cem peccatorz uidens. ℟.
Deus ds mis respice
in me. quare me
dereliquisti. ℣ Longe a
salute mea uerba delictorz
meorz. ℣ Deus meus cla
mabo p diem nec exaudies
et nocte. et non ad insipi
entiam in. ℣ Tu autē
in scō habitas laus isr'. in
te sperauerunt pr̄es nr̄i
sperauerunt et liberasti eos. ℣.
Ad te clamauerunt i salui
facti sunt. in te sperauer̄t
et nō sunt confusi. ℣ Ego
autem sum uermis i nō
homo. obprbiū hominū i
abiectio plebis. ℣ Oēs
qui uidebant me aspna
bant̄ me. locuti sunt la
bijs et mouerunt caput
℣ Sperauit in dn̄o erupi
at eum. saluū faciat eum
qm̄ uult eum. ℣ Ipse ū
consideraueru̇t i aspexe
runt me. diuiserunt sibi
uestimenta mea et super
uestem meam miserunt
sortem. ℣ Libera me de ore
leonis. et a cornibz unicor
nuū humilitatē meā ℣.
Qui timetis dn̄m lauda
te eū. uniuersū semen iacob
magnificate eū. ℣ Annūciabitur dn̄o generatio
uentura. et annūciabūt
celi iustitiam eius. ℣
Populo q̄ nascet̄ q̄m fecit
dn̄s. Passio dn̄i nr̄i ih̄u
xp̄i. scd̄m matheum

Hillo tpe. Dixit dñs
ihc discipulis suis.
Scitis quia post biduum pascha fiet. et filius hominis tradetur ut crucifigat. Tunc congregata sunt principes sacerdotū et seniores ppli in atriū principis sacerdotum qui dicebat caiphas. et consiliū fecerunt ut ihm dolo tenerent et occiderent. Dicebāt autem. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset ihc in bethania in domo symonis leprosi. accessit ad eum mulier habēs alabastrum unguenti pciosi. et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli. indignata sunt dicentes. Potuit enim istud uenūdari multo. et dari pauperibz. Sciens aūt ihc. ait illis. Quid molesti estis huic mulieri. Opus enim bonum. operata est in me. Nam semp pauperes habetis uobiscū. me autem non semp habebitis. Mittens enim hec unguentū hoc in corpus meum. ad sepeliendū me fecit. Amen dico uobis. ubicumq; pdicatū fuerit hoc euuangeliū in toto mundo. dicetur et qđ hec fecit in memoriam eius. Tūc abiit unus de duodecim q̄ dicit̄ iudas scarioth ad principes sacerdotū.

et ait illis. Quid uultis mihi dare. et ego uobis eum tradam. ꝰ At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatē. ut eū traderet. Prima autē die azimorū. accesserūt ad ihm discipli dicentes. Ubi uis paremus tibi comedere pascha. ꝰ At ihc dixit. Ite in ciuitatem ad quēdam. et dicite ei. Magister dicit. Tempus meū ppe est. apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fecerūt discipuli sicut constituerat illis ihc. et parauerunt pascha. Uespe autem facto. discumbebat cū duodecim discipulis. Et edentibꝫ illis dixit. Amen dico uobis. quia unus uestrū me traditurus est. Et contristati ualde. ceperunt singuli dicere. Numquid ego sum dne. ꝰ At ipe respondēs ait. Qui intingit mecum manū in parapside. hic me tradet. Filius quidem hominis uadit. sicut scriptum est de illo. Ue autē homini illi. p quem filius hominis tradetur. Bonū erat ei. si natꝰ non fuisset homo ille. Respondens autem iudas. qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum rabbi. ꝰ At illi. Tu dixisti. Cenantibꝫ autem eis. accepit ihc panem. et benedixit ac fregit. dedit

discipulis suis et ait
Accipite comedite: hoc
est enim corpus meū.
Et accipiens calicem:
grās egit et dedit illis
dicens. Bibite ex hoc
omnes. Hic est enim
sanguis meus noui
testamenti: qui pro
multis effundetur ī
remissionē peccatorū.
Dico autem uobis:
non bibam amodo de
hoc genimine uitis
usq; in diem illū. cū
illud bibam uobiscū
nouum in regno pa
tris mei. Et ymno
dicto: exierunt in
montem oliuarū. Tūc
dicit illis ihc. Omnes
uos scandalum patie
mini in me: in ista
nocte. Scriptum est
enim. Percutiā pastō
rem: et dispgentur oues
gregis. Postq̄ autem
resurrexero: precedam
uos in galyleam. Re
spondens autē petrus:
ait illi. Et si omnes
scandalizati fuerint
in te: ego nūq̄m scan
dalizabor. Ait illi ihc.
Amen dico tibi: quia
in hac nocte ante q̄m
gall' cāter: ter me nega
bis. Ait illi petrus.
Etiam si oportuerit
me mori tecum: non
te negabo. Similiter
et omnes discipli dixe
runt. Tunc uenit ihc
cū illis in uillam que
dicitur gethsemany:
et dixit discipulis suis.
Sedete hic: donec uadā
illuc et orem. Et as
sumpto petro ī duobz
filijs zebedei: cepit con

tristari et mestus esse.
Tunc ait illis: Tristis
est anima mea usq;
ad mortem. Sustine
te hic et vigilate me
cum. Et pgressus pu
sillum: pabat in fac
em suam orans et di
cens. Mi pater si pos
sibile est: transeat a
me calix iste. Verump
tamen non sicut ego
volo: sed sicut tu. Et
venit ad discipulos
suos: et invenit eos
dormientes. Et dicit
petro sic. Non potu
istis una hora vigila
re mecum: Vigilate
et orate: ut nō intre
tis in temptationem.
Spūs quidē promptus
est: caro autem infir
ma. Iterū secūdo abiit:
et orauit dicens. Pa
ter mi: si non potest
hic calix transire nisi
bibam illum. fiat vo
luntas tua. Et venit
iterum: et invenit
eos dormientes. Erant
autem oculi eorū gra
vati. Et relictis illis: rur
sus abiit et oravit tertio
eundem sermonē di
cens. Tunc venit
ad discipulos suos: et
dicit illis. Dormite
iam: et requiescite.
Ecce appropinqua
vit hora: et filius ho
minis tradet̄ in ma
nus peccatorū. Sur
gite eam⁹: ecce appro
pinquavit qui me
tradet. Adhuc eo lo
quente: ecce iudas u
nus de duodecim ve
nit: et cū eo turba
multa cū gladijs et

stibz missi a prin
cipibz sacerdotum · t se
nioribz ppli · Qui aūt
tradidit eū · dedit eis
signum dicens · Quē
cumq; osculat⁹ fuero
ipse est: tenete eum ·
Et confestim accedēs
ad ihm · dixit · Aue
rabbi · Et osculatus
est eum · Dixitq; illi
ihc · Amice · ad quod
uenisti · Tunc accer
serunt et manus in
iecerunt in ihm · et
tenuerunt eum · Et
ecce unus ex his q̄
erant cū ihu · exemit
gladium suū · t pcu
tiens seruū principis
sacerdotū · amputa
uit auriculam eius ·
Tunc ait illi ihc ·
Conuerte gladium
tuū in locum suū ·

Omnes enim qui acce
pint gladium · gladio
pibunt · An putas q̄a
non possum rogare
patrem meū · et exhi
bebit m modo plusq̄
duodecim legiones an
gelox · Quom̄o⁹ ergo im
plebuntur scripture ·
Quia sic oportet fieri ·
In illa hora · dixit ihc
turbis · Tanq̄ ad la
tronem existis cū gla
dijs et fustibz cōpre
hendere me · Cotidie
apud uos sedebam do
cens in templo · et nō
me tenuistis · Hoc au
tem totum factū est ·
ut adimplerent̄ scrip
ture pphetax · Tunc
discipuli eius relicto
eo fugerunt · Qui illi
tenentes ihm duxe
runt ad caypham pn

capem sacerdotum· q̃
scribe et seniores cõue
nerant · Petrus autẽ
sequebatur eum alon
ge: usq; in atriũ p̃n
cipis sacerdotum· Et
ingressus intro· sede
bat cũ ministris· ut
uideret finem· Prin
cipes autem sacerdotũ
et omne concilium que
rebant falsum testi
monium contra ih̃m·
ut eum morti tradẽ
rent· Et non inuene
runt· cum multi fal
si testes accessissent·
Nouissime autẽ uene
runt duo falsi testes·
et dixerunt· Hic dixit·
Possum destruere tẽ
plum dei· et post tri
duũ reedificare illud·
Et consurgens prin
ceps sacerdotũ· ait il
li· Nichil respondes
ad ea que isti aduersũ
te testificant· Ihc au
tem tacebat· Et prin
ceps sacerdotũ ait illi·
Adiuro te p̃ deũ uiuũ·
ut dicas nobis si tu es
xp̃c filius dei· Dicit
illi ihc· Tu dixisti· ue
rumptamen dico uo
bis· amodo uidebitis
filiũ hominis sedentẽ
a dextris uirtutis dei·
et uenientẽ in nubi
bz celi· Tunc p̃nceps
sacerdotũ· scidit uesti
menta sua dicens·
Blasphemauit· Quid
adhuc egemus testib·
Ecce nunc audistis
blasphemiam· Quid
uobis uidet̃· At illi
respondentes dixerũt
Reus est mortis· Tũc
expuerunt in faciem

eius: et colaphis eum
cæderunt. Alij autem
palmas in faciem ei
dederunt: dicentes.
Prophetiza nobis xpe:
quis est qui te percussit.
Petrus uero: foris se
debat in atrio. Et ac
cessit ad eum una an
cilla dicens. Et tu cũ
ihũ galileo eras. At il
le negauit coram om
nibꝫ dicens. Nescio q̃d
dicis. Exeunte autem
illo ianuam uidit eũ
alia ancilla: et ait his
qui erant ibi. Et hic
erat cũ ihũ nazareno.
Et iterũ negauit cũ
iuramento: quia nõ
noui hominem. Et
post pusillũ accesse
runt qui stabant 7
dixerunt petro. Vere
et tu ex illis es: nam
et loquela tua mani
festum te facit. Hũc
cepit detestari 7 iura
re: quia non nouisset
hominẽ. Et continuo
gallus cantauit. Et
recordatus est petrus
uerbi ihũ quod dixe
rat. Priusq̃m gallus
cantet. ter me negabis.
Et egressus foras: fle
uit amare. Mane aũt
facto: consilium inie
runt oĩes principes
sacerdotũ et seniores
pplĩ aduersus ihm:
ut eum morti tradẽt.
Et uinctũ adduxerũt
eum: et tradiderunt
pontio pylato presidi.
Tunc uidens iudas q̃
eum tradidit q̃ damp
natus esset: peniten
tia ductus retulit tri
ginta argenteos prin

apibz sacerdotum et se
nioribz dicens. Pecca
ui tradens sanguinē
iustum. At illi dixerūt.
Quid ad nos? Tu ui
deris. Et piectis i tem
plo argenteis recessit:
et abiens laqueo se
suspendit. Principes
autem sacerdotum ac
ceptis argenteis dixe
runt. Non licet mittere
eos in corbanan: qua
pcium sanguinis est.
Consilio autē inito
emerunt ex illis agrū
figuli in sepulturam
pegrinoz. Propter
hoc uocatus est ager
ille acheldemach hoc
est ager sanguinis us
q; in hodiernū diem.
Tunc impletū est qđ
dictum est p ieremiā
dicentem. Et acceptum
triginta argenteos p
cium appciati quē ap
pciauerunt a filijs
israel. Et dederunt eos in
agrum figuli: sicut
constituit mihi dns. Jhc
autē stetit ante pre
sidem. Et interrogā
uit eum pses dicens.
Tu es rex iudeoz? Di
cit ei jhc. Tu dicis.
Et cum accusaret a
principibz sacerdotū
et senioribz: nichil re
spondit. Tunc dicit
illi pylatus. Non au
dis quanta adūsum
te dicunt testimonia?
Et non respondit ei
ad ullum uerbum:
ita ut miraret pses
uehemēter. Ad diem
autem sollempnem
consueuerat preses di
mittere ppl̄o unū ui

tum que uoluissent.
Habebant aut tunc
unctum insignem q̃
dicebat barrabas Con
gregatis g illis dixit
pylatus Que uultis
dimittam uobis bar
raban an ihm qui
dicit xpc? Sciebat e
nim qđ p inuidiam
tradidissent eu Sedẽ
te autẽ eo p tribunali
misit ad eum uxor ei
dicens Nichil tibi et
iusto illi Multa enim
passa sum hodie p ui
sum ppter eum Prin
cipes autẽ sacerdotũ
et seniores psuaserũt
pplis ut peterent bar
raban ihm uero pde
rent Respondens au
tem preses ait illis
Quem uultis uobis
de duobz dimitti? At
illi dixerunt Barra
ban Dicit illis pylat?
Quid igitur faciam de
ihu qui dicitur xpc?
Dicunt omnes Cru
cifigat Ait illis ples
Quid enim malu fecit?
At illi magis clama
bant dicentes Cruci
figat Videns autẽ py
latus quia nichil pfi
ceret sed magis tumul
tus fieret accepta aq̃
lauit manus coram po
pulo dicens Innocens
ego sum a sanguine
iusti huius uos uide
ritis Et respondens
uniuersus ppls dixit
Sanguis eius sup nos
et sup filios nros Tũc
dimisit illis barrabã
ihm ũ flagellatũ tra
didit eis ut crucifige
retur Tunc milites

ꝑtidis suscipientes ihm
in ꝓtorio: congregaue
runt ad eum uniuer
sam cohortem Et exu
entes eum: clamidem
coccineam circūdede
runt ei Et plecten
tes coronam de spinis:
posuerunt sup caput
eius et harundinem
in dextera eius Et ge
nu flexo ante eū illu
debant dicentes Aue
rex iudeoꝝ Et expuen
tes in eum acceptum
arundinem et ꝑcute
bant caput eius Et
postq̄ illuserunt ei
exuerunt eū clamide
et induerunt eū uesti
mentis eius: et duxe
runt eum ut crucifi
gerent Exeuntes au
tem inuenerunt ho
minem cirenenm no

mine symonem hunc
angariauerunt ut tol
leret crucem eius Et
uenerunt in locū qui
dicitur golgatha: qđ
est caluarie locus Et
dederunt ei uinū bi
bere: cū felle mixtum
Et cum gustasset: no
luit bibere Postq̄m
crucifixerunt eū diui
serunt uestimenta eius
sortem mittentes ut
adimpleret̄ quod dic
tum est ꝑ ꝓphām di
centē Diuiserunt si
bi uestimenta mea: et
sup uestem meam mi
serunt sortem Et se
dentes seruabant eū
Et imposuerūt sup
caput eius causam
ipsius scriptam Hic
est ihc nazarenus rex
iudeoꝝ Tunc cruci

fixi sunt.

fixi sunt cũ eo duo la
trones: unus a dextris
et unus a sinistris.
Pretereuntes autem
blasphemabant eum
mouentes capita sua
et dicentes. Vah qui
destruit templũ dei:
et in triduo illud re
edificat: Salua te
metipm. Si filius dei
es: descende de cruce.
Similiter et prin
cipes sacerdotũ illu
dentes cũ scribis et se
nioribz dicebant. A
lios saluos fecit: seip
sum non potest sal
uũ facere. Si rex isr
est descendat nũc de
cruce: et credim9 ei.
Confidit in deo: liber
eum nunc si uult.
Dixit enĩ. qa filius
dei sum. Idipsũ autẽ
et latrones qui crucifixi
erant cũ eo. imppera
bant ei. A sexta autẽ
hora tenebre facte sũt
sup unũsam terram
usq in horam nonam.
Et circa horam nonã
clamauit ihc uoce
magna dicens. Heli.
heli. lamazabatham:
Hoc est. Deus meus.
deus meus: ut quid
dereliquisti me. Quĩ
dam autem illic stan
tes et audientes: dice
bant. Heliam uocat
iste. Et continuo cur
rens unus ex eis ac
ceptam spongiam im
pleuit aceto et impo
suit arundini: et da
bat ei bibere. Ceteri
uero dicebant. Vine:
uideam9 an ueniat he
lyas liberans eũ. Ihc

autem iterū clamans
uoce magna: emisit
spm. Et ecce uelū tem
pli scissum est in duas
partes: a summo usq;
deorsum. Et terra mo
ta est et petre scisse sūt
et monumenta apta
sunt: et multa corpora
sanctōr qui dormierant
surrexerunt. Et exeun
tes de monumentis
post resurrectionē ei⁹
uenerunt in scām ci
uitatem: et apparue
runt multis. Centu
rio autem et qui cū eo
erant custodientes ihe
sum uiso terremotu et
his que fiebant: ti
muerunt ualde dicen
tes. Vere filius dei erat
iste. Erant autem ibi
mulieres multe alon
ge: que secute fuerant
ihm a galilea minis
trantes ei. Inter quas
erat maria magdale
ne. et maria iacobi et
ioseph mater: et mater
filiorū zebedei. Cum se
ro autem factū esset:
uenit quidam homo
diues ab arimathia
nomine ioseph: qui
ipse erat discipul' ihu.
Hic accessit ad pylā
tum: et petijt corpus
ihu. Tunc pylatus
iussit reddi corpus.
Et accepto corpore io
seph: inuoluit illud
in sindone munda et
posuit illud i monu
mento suo nouo qđ
exciderat in petra. Et
aduolui lapidem ma
gnum ad ostium mo
numenti: et abiit.
Erat autē ibi maria

magdalene et altera
maria: sedentes con
tra sepulchrum.

Altera autē die
que ē post pa
rasceuen: cōuenerūt
principes sacerdotū ꝛ
phariſei ad pylatum
dicentes. Dñe recor
dati sumus quia se
ductor ille dixit adhuc
uiuens: post tres di
es resurgam. Jube ꝫ
custodiat sepulchrū
usq; in diem tertiū:
ne forte ueniant dis
cipuli ei⁹ ꝛ furentur eū
et dicant plebi sur
rexit a mortuis. Et
erit nouissimus error
peior priore. Ait illis
pylatus. Habetis cus
todiam. Ite. custodite
sicut scitis. Illi autem
abeuntes: munierūt

CCXCIJ

sepulchrū. Signantes
lapidem cū custodibz.

Off. Imperium expecta
uit cor meū et miseriam. ꝛ
sustinui qui simul cōtriſta
retur et non fuit. ꝫ solan
tem me quesiui et nō inue
ni. et dederunt in escam
meam fel. et in sitī mea
potauerunt me aceto.

Concede qs̄ Secr̄
dñe ut oculis
tue maiestatis mu
nus oblationis. et gr̄am
nobis deuotionis ob
tineat: et effectū bea
te ꝓhemutationis acq̄
rat ꝑ. cō. Pater si
non potest hic calix trāſ
ire nisi bibam illum. fiat
uoluntas tua. Post cō.

Per hui⁹ dñe opa
tionem mysterij.
et uicia nr̄a purgent. ꝛ
cuncta delicta cōpleant.

p dnm. Ad iij. a. Pue
ri hebreorum uestimenta sua p
sternebant in uia. et clama
bant dicentes. osanna fi
lio dauid. benedictus qui
uenit in nomie dni. cap.
cclxxxi
Hoc sentite. V. Erue a
cclxxxv
framea. coll. Omnipc sem
pitne ds. Ad vi. a. Qd
molesti estis huic mulieri
opus enim bonum opata e in me.
Humiliauit cap.
semetipsum fac
tus obediens usque ad
mortem: morte aute
crucis. V. De ore leonis.
Perpetua coll.
qs dne pace
custodi quos p lignum
sce crucis redimere
dignatus es. Q uiuis.
Ad ix. a. Mittens hec
mulier in corpus meum
hoc unguentum ad se
peliendum me fecit. cap.

Xpc factus est p
nobis obediens
usque ad morte: mortem
autem crucis. V. Nep
das cu impiis d. a. m. coll.
Parce dne parce
pplo tuo. et nul
lis iam patiaris adu
sitatibz fatigari. qs
pcioso filii tui san
guine redemisti. Q
tecum. Ad vesp. sr. ps.
Dixit dns. cap. Hoc
cclxxxi
sentite. R. Circumdederunt
me uiri mendaces. sine
causa flagellis ceciderunt
me. sed tu dne defensor
uindica me. V. Qm tri
bulatio pxima e et n est
qui adiuuet. Sed tu. ym.
cclxiiii
Vexilla regis. V. Eripe me
dne ab ho. ma. Ad. cf. a.
Ceperunt omnes turbe
descendentium de monte
laudare deu uoce magna

sup omnibz quas uiderant
uirtutibz dicentes· benedic
tus qui uenit rex in nōie
dñi· pax in celo· ⁊ gloria in
cclxxxv
excelsis· coll. Omīpc sem
piterne ds· fer̃ ij· lco· j.

Uerbum quod
factum est ad
iheremiam a dño di
cens· Audite uerba
pacti huius· ⁊ loqui
mini ad uiros iuda ⁊
habitatores ihr̃lm· et
dices ad eos· Hec dicit
dñs deus isrl. Maledic
tus uir qui nō audie
rit uerba pacti hui9
quod p̃cepi patribz
ur̃is in die qua eduxi
eos de terra egipti· et
de fornace ferrea dicēs·
Audite uocem meam
et facite omnia que
p̃cipio uobis· ⁊ eritis
michi in p̃plm· et ego
ero uobis in deum· ut
suscitem iuramentū
quod iuraui patribz
ur̃is· daturum me eis
terram fluentē lacte
et melle· sicuti ē dies
hec· Et respondi ⁊ dixi
Amen dñe· hec dicit· ij.

Et dixit dñs ad
me· Vociferare
omnia uerba hec in
ciuitatibz iuda· ⁊ foris
ihr̃lm· dicens· Audite
uerba pacti huius et
facite illa· quia con
testans contestatus
sum patres ur̃os in
die qua eduxi eos de t̃
ra egipti usq; ad diē
hanc· lectio· iij·

Mane cōsurgens
contestat9 sum
et dixi· Audite uocem
meam· Et ñ audierūt
nec inclinauerūt au

rem suam: sed abierunt
unusquisque in prauita
te cordis sui mali. Et
induxi super eos omnia
uerba pacti huius quod
precepi ut facerent: et
non fecerunt. In .l. a.
Faciem meam non
auerti ab increpantibus et conspuentibus
in me. ps. Miserere mei. a.
Framea suscitare aduersus eos qui dispergunt gregem meum. ps. Verba mea.
a. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis quos appreciatus sum ab eis. ps. Dixit iniustus. a.
Inundauerunt aque super caput meum dixi perii inuocaui nomen tuum domine deus. Confitebor. a. Labia insurgentium et cogitationes eorum uide domine. ps. Laudate.
Ad .v. a. Non haberes

in me potestatem nisi desuper tibi datum fuisset. Coll.
Da quesumus omnipotens deus ut qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente unigeniti filii tui passione respiremus. Per eundem. Ad primam. a.
Recordare mei domine et tuere me ab hiis qui persequuntur me. Ad .iii. a. Tibi reuelaui causam meam domine defensor uite mee domine deus meus.
Ad .vi. a. Inuocabo nomen tuum domine ne auertas faciem tuam a clamore meo.
Ad .ix. a. Popule meus quid feci tibi aut quid molestus fui responde michi.
Iudica domine no Introitus centes me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium meum domine

uirtus salutis mee. ℣. Effunde frameam. Coll: Da qs omnipc dñe. lectio ysaie prophete. In diebus illis. Dixit ysaias. Dñs dñs aperuit mihi aurem: ego autem non contradico. retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas uellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus: et conspuentibus in me. Dñs deus auxiliator meus: et ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam: et scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat: quis contradicet mihi. Stemus simul. Quis est aduersarius meus: accedat ad me.

Ecce dñs dñs auxiliator meus: quis est qui condemnet me. Ecce omnes quasi uestimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis ex uobis timens deum audiet uocem serui sui. Qui ambulauit in tenebris et non est lumen ei. Speret in nomine dñi: et innitatur super deum suum. ℣. Exurge dñe et intende iudicio meo. dñs mihi et dñs meus in causam meam. ℟. Effunde framea et conclude aduersus eos qui persequuntur me. ℣. Iohannis. In illo tpe. Ante sex dies pasche uenit dñs ihc in bethaniam ubi lazarus fuerat mortuus quem suscitauit ihc. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha mi

nustrabat. Lazarus
uero unus erat ex dis
cumbentibz cũ eo. Ma
ria ꝙ accepit libram
unguenti nardi pisti
ci ꝑciosi et unxit pe
des ihu. et extersit ca
pillis suis pedes eius
et domus impleta est
ex odore unguenti.
Dicit ergo unus ex
discipulis eius iudas
scariothis. qui erat
eum traditurus. Qua
re hoc unguentũ non
uenit trecentis dena
riis. et datum est egē
tis? Dixit aũt hoc
non quia de egenis ꝑ
tinebat ad eum sed
quia fur erat et locu
los habens. ea que
mittebant̃ portabat.
Dixit ergo ihc. Sine
illam. ut in diem se
pulture mee seruet il
lud. Pauperes enim
semp habetis uobis
cum. me autem non
semp habebitis. Cog
nouit ergo turba mul
ta ex iudeis quia illic
est. et uenerunt non
ꝓpter ihm tantũ. sed
ut lazarum uiderent
quẽ suscitauit a mor
tuis. Cogitauerunt
autem principes sac̃
dotum ut et lazarum
interficerent. quia
multi ꝓpter illũ abi
bant ex iudeis. et cre
debant in ihm. In
crastinum autẽ tur
ba multa que cõuene
rat ad diem festũ. cũ
audissent quia ihc
uenit ierosolimam.
accepunt ramos pal
marũ et processerunt

obuiam·et clamabant·
O sanna benedictus
qui uenit in nõie dñi·
rex isr̃l· Et inuenit
ihc asellum et sedit
sup eum·sicut scrip
tum est·Noli timere
filia syon·ecce rex tu
us uenit sedens sup
pullum asine· Hec ñ
cognouerunt discipu
li eius primum·sed
quando glorificat̃ est
ihc· Tunc recordati
sunt quia hec erant
scripta de eo·et hec fe
cerunt ei· Testimo
nium ꝯ phibebat t̃
ba que erat cũ eo cũ
do lazarum uocauit
de monumẽto·t suscita
uit eum a mortu
is· Propt̃ea t obuiã
uenit ei turba·que
audierunt eum fe
cisse hoc signũ· Phari
sei ergo dixerunt ad
semetipsos· Videtis qa
nichil ꝓficimus·ecce
mundus totus·post
eum abiit· Erant au
tem gentiles quidam
ex hijs qui ascendãnt
ut adorarent i die fes
to· Hij ergo accessert
ad philippum qui
erat a bethsaida ga
lilee·et rogabant e
um dicentes· Dñe uo
lumꝰ ihm uidere· Ve
nit philippus·t dicit
andree· Andreas rur
sum et philippus·dixe
runt ihu· Ihc autem
respondit eis dicens·
Venit hora·ut clarifi
cetur filius hominis·
Amen amen dico uo
bis·nisi granum frũ
menti cadens i terra

mortuũ fuerit: ipsũ
solum manet. Si au
tem mortuũ fuerit:
multum fructum af
fert. Qui amat ani
mam suam: perdet eã.
Et qui odit animam
suam in hoc mundo:
in uitam eternã cus
todit eam. Et siquis
mihi ministrat: me se
quatur. Et ubi sum
ego: illic et minister
meus erit. Si quis mi
ministrauerit: hono
rificabit eum pater
meus. Nunc anima
mea turbata est. Et
quid dicam? Pater:
saluifica me ex hora
hac. Sed propterea ueni
in horam hanc. Pater
clarifica tuũ nomen.
Venit ergo uox de celo
dicens. Et clarificaui

et iterum clarificabo.
Turba ergo que sta
bat et audierat: dice
bat tonitruũ factũ
esse. Alij dicebant: An
gelus ei locutus est.
Respondit ihc: et dixit.
Non propter me uox
hec uenit: sed propter
uos. Nunc iudicium
est mundi: nũc prin
ceps huius mundi ei
icietur foras. Et ego
si exaltatus fuero a
terra: omnia trahaam
ad meipm. Hoc autẽ
dicebat significans
qua morte esset mo
riturus. Respondit
ei turba. Nos audi
uimus ex lege: quia
xpc manet in etnũ
Et quomodo tu dicis
oportet exaltari fili
um hominis? Quis

est ille filius homis:
Dixit ergo eis ihc. Adhuc
modicum lumen in uo
bis est. Ambulate dū
lucem habetis: ut nō
tenebre uos cōprhen
dant. Et qui ambu
lat in tenebris: nes
cit quo uadat. Dum
lucem habetis credi
te in lucem: ut filij
lucis sitis. Hec locu
tus est ihc: et abiit
et abscondit se ab eis.
Oratio. Eripe me dne inimi
cis meis. ad te confu
gi. doce me facere uo
luntatem tuam. quia
deus meus es tu. Secreta.

Hec sacrificia
nos omnipc ds
potenti uirtute mū
datos: ad suū faciāt
purgatos uenire pn
cipium. p dnm. Communio.

CCCXCVI

Erubescant et reuereant
simul qui gratulant malis
meis. induant pudore et
reuerentia qui maligna lo
quuntur aduersū me. Post cō.

Prebeant nobis
dne diuinum
tua sancta feruorem.
quo eor pariter et actu
delectemur et structu.
ra dnim. Sup pplm.

Hec diuina nos deus
salutaris nost.
et ad beneficia recolen
da quibus nos instaura
re dignatus es. tribue
uenire gaudentes. p.
Ad. cl. a. Occurrunt
turbe cū floribus et palmis
redemptori obuiā. et uicto
ri triumphanti digne dant
obsequia. filiū dei one gen
tes predicant. et in laudem
xpi uoces tonant per nubi
la osanna. Coll'. Adiuua

Quid feria iiij. lectio i.

Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Numquid carnes sancte auferent a te malicias tuas in quibus gloriata es.

Olyuam lectio ij.

Oliuam uberem pulchram fructiferam speciosam uocauit dominus nomen tuum. Lectio iij.

Ad uocem loquele grandis exarsit ignis in ea et combusta sunt frutecta eius.

Uide domine In i. nocturno antiphona

Uide domine et considera quoniam tribulor uelociter exaudi me. psalmus Miserere. antiphona Discerne causam meam domine ab homine iniquo et doloso eripe me. psalmus Judica me deus. antiphona Dum tribularer clamaui ad dominum de uentre inferi et exaudiuit me. psalmus Miserere. antiphona Domine uim patior responde pro me quia nescio quid dicam inimicis meis. versus Ego dixi. antiphona Dixerunt impii opprimamus uirum iustum quoniam contrarius est operibus nostris. psalmus Laudate. Ad benedictus antiphona Symon dormis non potuisti una hora uigilare mecum. Collecta.

Omnipotens sempiterne deus da nobis ita dominice passionis sacramenta peragere: ut indulgentiam percipere mereamur. Per eundem. Ad i. antiphona Potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi eam. Ad iij. antiphona Nunc clarificatus est filius hominis et deus clarificatus est in eo. Ad vi. antiphona Non sis

tu formidini. spes mea tu
in die afflictionis mee.
ad ix. R. Consilium fe
cerunt inimici mei dicen
tes. conteramus eũ de terra
uiuentiũ. Introitus.
Nos autem gl'ari
oportet in cruce
dñi nr̃i ihũ xp̃i. in quo
est salus uita et resur
rectio nr̃a. p quẽ saluati
et liberati sumus. ps.
Deus misereatur nr̃i. coll.
Omnip̃c sempiterne ds.
In dieb; ill'. Iheremie p.
Dixit iheremias. Dñe
demonstrasti m̃ et cog
noui. tu ostendisti m̃
studia eor. Et ego q̃si
agnus mansuetus
qui portatur ad uic
timam. et non cogno
ui quia cogitauerunt
sup me consilia dicen
tes. Mittamus lignũ
in pane eius. et erada
mus eum de terra ui
uentiũ. et nomen eius
non memoretur amplius.
Tu autẽ dñe sabaoth.
qui iudicas iuste et p
bas renes et corda. uide
am ultionẽ tuã ex eis.
Tibi enim reuelaui cau
sam meã dñe ds mS. Gr.
Ego autẽ dũ m̃ molesti
essent. induebam me cili
tio. et humiliabam in ie
iunio animã meã. et orõ
mea in sinu meo conuertetur. V.
Iudica dñe nocentes me.
expugna impugnantes
me. appḣende arma et scu
tum. et exurge in adiuto
rium m̃. Passio dñi nr̃i
ihũ xp̃i. s. marcum.
In illo tp̃r. Erat autẽ
pascha. et azima post
biduum. Et querebãt
summi sacerdotes et scri

be·quomodo ihm dolo
tenerent et occiderent
Dicebant enim·Non
in die festo·Ne forte tu
multus fieret populi
Et cum esset bethanie
in domo symonis lep
si et recumbet·uenit
mulier habens ala
bastrum unguenti
nardi spicati preciosi·
et fracto alabastro ef
fudit sup caput eius·
Erant autem quidam
indigne ferentes int
semetipsos·et dicentes·
Ut quid perditio ista un
guenti facta est·Po
terat enim unguen
tum istud uenūdari
plusq trecentis dena
riis·et dari pauperib.
Et fremebant in eam
Jhc autē dixit·Sinite
eam·Quid illi molesti
estis·Bonū opus ope
ta est in me·Semper
enim pauperes habetis
uobiscū·et cum uo
lueritis potestis illis
benefacere·Me autem
non semp habebitis.
Quod habuit hec fe
cit·Preuenit ungue
re corpus meū·in se
pulturam·Amē dico
uobis ubicumq p̄dic
catum fuerit euuan
geliū istud in uniu
so mundo·et quod fe
cit hec narrabit in
memoriam eius·Et
iudas scariothes un
de duodecim abiit ad
sūmos sacerdotes·ut
p̄deret eum illis·Qui
audientes gauisi sūt·
et promiserunt ei pecu
niam se daturos·Et
querebat quom illi

oportune traderet. Et
prio die azimoꝝ qñdo
pascha immolabant.
dicunt ei discipuli. Qo
uis eamus et paremꝰ
tibi ut manducespas
cha. Et mittit duos
de discipulis suis. et
dicit eis. Ite in ciuita
tem: et occurret uobis
homo lagenam aque
bajulans. Sequimini
eum: et quocūq; introi
erit dicite dño domus
qua magister dicit.
Vbi est refectio mea
ubi pascha cū discipu
lis meis manducem.
Et ipe uobis demonstꝫ
bit cenaculū grande
stratum: et illic para
te nobis. Et abierunt
discipuli eius et uene
runt in ciuitatē: et in
ueneruntsicut dixit
illis. Et parauerūt pas
cha. Vespe autē facto.
uenit cū duodecim. Et
discumbentibz eis et
manducantibz. ait illis.
Amen dico uobis. quia
unus ex uobis me tra
det. qui manducat mec
cum. Et illi ceperunt
contristari. et dicere ei
singillatim. Numquid
ego. Qui ait illis. Vn
ex duodecim. qui intin
git mecū in catino. Et
filius quidē hominis
uadit. sicut scriptum
est de eo. Ve autē homi
ni illi. p quē filius ho
minis tradetur. Bonū
erat ei. si non esset natꝰ
homo ille. Et manducantibz illis accepit ihc
panem. et benedicens
fregit et dedit eis et ait.
Sumite. hoc est corpus

meum · Et accepto ca
lice: gras agens dedit
eis · Et biberunt ex illo
omnes · Et ait illis · Hic
est sanguis mꝰ nou
testamꝫ: qui ꝓ mlꝫis
effundetur · Amen dico
uobis qꝺ iam nñ bibam
de genimine uitis usq;
in diem illū cum illud
bibam nouū in regno
dei · Et ymno dicto: exie
runt in montem oliu
uaꝝ · Et ait eis ihesus ·
Omnes scandalizabi
mini in nocte ista: qꝛa
scriptum est · Percutiam
pastorem: et dispgent
oues · Sꝫ postq; resur
rexero: p̄cedam uos in
galyleam · Petrus au
tem ait ei · Et si omnes
scandalizati fuerint:
sed non ego · Et ait illi
ihc · Amen dico t̄: qua
tu hodie in nocte hac
priusq; bis gallus
uocem dederit · ter me
es negaturus · At ille
amplius loquebatur ·
Et si oportuerit me si
mul cōmori tibi: non
te negabo · Similiter
autem et oēs dicebāt ·
Et uenerunt in p̄dium
cui nomen gethsema
ni: et ait discipulis
suis · Sedete hic: donec
orem · Et assumpt pe
trum et iacobum et
iohannem secū: et cœ
pit pauere et tedere ·
Et ait illis · Tristis ē
anima mea usq; ad
mortem · Sustinete
hic: et uigilate · Et
cum p̄cessisset paulu
lum: cadit sup̄ terram
et orabat · ut si fieri
posset · transiret ab eo

hora. Et dixit. Abba
pater: omnia t̄ possi
bilia sunt. transfer ca
licem hunc a me. Sed
non quod ego uolo: sz
quod tu. Et uenit ad
discipulos: et inuenit
eos dormientes. Et ait
petro. Symon dormis:
non potuisti una ho
ra uigilare. Vigilate
et orate: ut nō intre
tis in temptationem.
Spūs quidē promptus
est: caro uero infirma.
Et uterū abiens: ora
uit eundē sermonē
dicens. Et reuersus
denuo: inuenit eos dor
mientes. Erant enī
oculi eorū grauati: et
ignorabant quid re
sponderent illi. Et ue
nit tertio: et ait illis.
Dormite iam: et requi

escite. Sufficit. Venit
hora: ecce tradetur fili
us hominis in manus
peccatorū. Surgite eā
mus: ecce qui me tra
det. ppe est. Et adhuc
eo loquente uenit iu
das scarioth unus ex
duodecim: et cū illo tur
ba multa cū gladijs t
lignis missi a summis
sacerdotibz et a scribis.
et a senioribz. Dederat
autem traditor et sig
num eis dicens. Quē
cūqz osculatus fuero ip
se est. tenete eum: t du
cite caute. Et cum ue
nisset: statim accedens
ad eum. ait. Rabbi. Et
osculatus est eū. At illi
manus iniecerunt in
eum: et tenuerunt eū.
Vnus autē de astan
tibz educens gla

dium ꝓcussit seruū
summi sacerdotis: et
amputauit auriculā
eius. Et respondens
ihc: ait illis. Tanqm
ad latronem existis
cū gladijs et lignis cō
prehendere me: cotidie eram apud uos in
templo docens: et nō
me tenuistis. Sed ut
impleant scripture.
Tunc discipuli eius
relinquentes eū: omnes fugerunt. Adolescens autem quidam
sequebatur eū amictus sindone sup nudo: et tenuerunt eū.
At ille relicta sindone
nudus ꝓfugit ab eis.
Et adduxerūt ihm
ad summū sacerdotem:
et conuenerunt omnes sacerdotes et scribe. et seniores. Petrus
autem alonge secutus
est eum usq; intro in
atriū summi sacerdotis:
et sedebat cū ministris
et calefaciebat se ad
ignem. Summi ū sacerdotes et omne concilium querebant aduersus ihm testimoniū
ut eum morti tradent: nec inuenieb̄at.
Multi enim falsū
testimoniū dicebant
aduersus eum: et conuenientia testimonia nō erant. Et quidam surgentes falsum testimoniū ferebant aduersus eū
dicentes. Qm nos audiuim eum dicentē
Ego dissoluam templum hoc manufactum: et post triduū

aliud non manufactū
edificavo· Et nō erat
conueniens testimo
nū illoz· Et exurgēs
sūmus sacerdos i me
dium: interrogauit
ihm dicens· Nō respon
des quicqm ad ea que
tibi obiciunt ab bis:
Ille autem tacebat: et
nichil respondit· Rur
sum sūmus sacerdos
interrogabat eum· et
dicit ei· Tu es xpc fi
lius dei benedicti: Jhc
autem dixit illi· Ego
sum· Et uidebitis fi
lium hominis a dex
tris sedentē uirtutis:
et uenientē cū nubib;
celi· Sūmus autē sac
dos scindens uestimēta
sua· ait· Quid adhuc
desideramus testes:
Audistis blasphemiā

Quid uobis uidetur:
Qui omnes condempna
uerunt eum: esse reū
mortis· Et ceperunt
quidam conspuere
eum: et uelare faciē
eius· et colaphis eum
cedere· et dicē ei: Pphe
tiza· Et ministri ala
pis eum cedebant·
Et cum esset petrus
in atrio deorsum: ue
nit una ex ancillis sū
mi sacerdotis· Et cum
uidisset petrum cale
facientem se: aspica
ens illum· ait· Et tu
cū ihū nazareno eras·
At ille negauit dicēs·
Neq; scio: neq; nou
quid dicas· Et exyt fo
ras ante atrium: et
gallus cantauit· Rur
sus autē cum uidiss
illum ancilla: cepit

dicere circumstantibz
qua hic ex illis est.
Et ille iterū negauit
Et post pusillum ꝛ
rursus qui astabant
dicebant petro. Vere
ex illis es: nam et ga
lileus es. Ille autem
cepit anathematiza
re et iurare ꝛ quia
nescio hominē istum
quem dicitis. Et sta
tim iterum gallus
cantauit. Et recordat⁹
est petrus uerbi q̄d
dixerat ei ihc: priusq̄
gallus cantet bis. ter
me negabis. Et cepit
flere. Et confestim ma
ne consiliū facientes
summi sacerdotes cū
senioribz et scribis et
uniuerso concilio ꝛ
uinctos duxe
runt et tradiderunt
pylato. Et interrogauit
eum pylatus. Tu es
rex iudeoꝝ? At ille re
spondens: ait illi. Tu
dicis. Et accusabant
eum sūmi sacerdotes
in multis. Pylatus
autem rursus interro
gauit eum dicēs. Non
respondes quicquam?
Vide in quantis te ac
cusant. Ihc autem am
plius nichil respon
dit. ita ut miraretur
pylatus. Per diem aūt
festum dimittere so
lebat illis unum ex
uinctis ꝛ quēcūq; pe
tissent. Erat autem
qui dicebatur barra
bas. qui cū seditiosis
erat uinctus. qui in
seditione fecerat ho
micidium. Et cum
ascendisset turba ꝛ ce

pit rogare.

ptr rogare sicut semp
faciebat illis · ℣ Pylat⁹
autem respondit eis: et
dixit· ℣ Vtis dimittam
uobis regem iudeoꝝ.℟
Sciebat enim qđ ꝓ in
uidiam tradidissẽt eũ
sũmi sacerdotes · Pon
tifices autem concita
uerunt turbam: ut
magis barrabam di
mitteret eis · ℣ Pylat⁹
autem itervñ respon
dens· ait illis · Quid
ergo uultis faciam
regi iudeoꝝ:℟ At illi
itervñ clamauerunt·
Crucifige eũ· ℣ Pylat⁹
uero dicebat illis· Qđ
enim malu fecit.℟ At
illi magis clamabãt·
Crucifige eũ· ℣ Pylat⁹
autem uolens ꝑpl̃o
satisfacere· dimisit il
lis barrabã· et tradi
dit ihm flagellis cesum
ut crucifigeret.℣ Milites
autem duxerũt eũ i atrio
m atrium ꝓtorij· i conuocant totam cohortẽ.
Et induunt eum pur
pura· et imponunt ei
plectentes spineam co
ronam: et cepunt sa
lutare eum· Aue rex
iudeoꝝ· Et ponebãt
caput eius harundi
ne: et conspuebant eũ·
Et ponentes genua:℟
adorabant eum· Et p⁹
qm illuserunt ei· exue
runt illum purpura
et induerunt uestim
tis suis: et educunt
illum ut crucifigẽt
eum· Et angariauerũt
ꝑtrantẽ quẽdam
symonem cyrenenm
uenientem de uilla·
patrem alexandri et

rusi: ut tolleret crucē
eius. Et ꝑducūt illū
in golgatha locum: qđ
est interꝑtatū caluarie
locus. Et dabant ei bi
bere murratum umū:
et non accepit. Et cru
cifigentes eū diuiserūt
uestimenta eius: mit
tentes sortē sup eis.
quis quid tolleret.
Erat autem hora ter
cia: et crucifixerunt
eum. Et erat titulus
cause eius inscriptꝰ:
rex iudeoꝝ. Et cū eo
crucifixerūt duos la
trones: unū a dextris
et alium a sinistris
eius. Et adimpleta ē
scriptura que dicit:
et cū iniquis deputa
tus est. Et ꝓtere
untes blasphema
bant eū: mouentes
capita sua et dicentes.
Vah: qui destruit tem
plum dei: et in tribꝫ
diebꝫ reedificat: Sal
ua temetipm: descen
dens de cruce. Simili
et sūmi sacerdotes il
ludentes ad alterutrū
cū scribis dicebant.
Alios saluos fecit: se
ipsum non potest sal
uū facere. Xpc rex isr
descendat nūc de cru
ce: ut uideam⁹ et cre
damus ei. Et qui cū
eo crucifixi erant: cō
uiciabant̃ ei. Et fac
ta hora sexta: tene
bre facte sunt super
totam terram usqꝫ
horam nonam. Et ho
ra nona: exclamauit
uoce magna dicens:
Heloy: heloy: lamasa
bathani: Quod est

